Videri enim reum in mala fide, ita quod melior conditio creditorum, & deterior emptoris esse debeat. Ex quo pignoris obligatio præcessit contractum emptionis. Zal. dicit. §. item seruiana.

8 Tum reus non potuit f. præscribere contra minorem Guido Papa decis. 432. num. 16. Sed minores fuisse Actores allegari ex missiuis, & sic pro negotii qualitate putat actorum intentionem probatam. Quoad 3. An. Elisa. Putatur quod sic, quia allegatur ex actis, quod reus cum auctore nihil unquam egerit, sed cum priuigna sua, tanquam defensor in iudicio semper comparuerit.

Nam ad quid alias opus priuignam in ius trahere secum, si reus W. creditor extiterit, neque dolum, qui in dubio non præsumatur, suspicari eum posse, quasi dolo adductus priuignam secutus in iudicium duxerit. Itaque existimaret sententiam priorum iudicium reo, tanquam tertio prædicare non potuisse, sed bene fecisse comitem, quod ad executionem non processerit.

9 Etenim existente f. tertio possesso iudicem non debere procedere ad executionem indisputata causa conditionis, Baldus in leg. 1. num. 4. si ex noxal. caus. Sed tunc nouam instantiam incipi. Feulinus cap. veniens de testibus, in qua sufficit summarie doceri de iure alicuius, respectu alterius interesse. Sententiam enim latam contra principalem, f. non posse contra fideiussorem executioni mandari, imo habent exceptions, posse illos vti via ordinaria & non executiva Chassanæ. titul. des Rentes §. 2. num. 2. l. i. C. de execution. senten. Quod vero ibi dicatur de fidiufo, habere locum in tertio possesso ex identitate rationis. Non ergo ab executione contra talen esse incipendum, sed reum vti tertium possesso posse referte questionem dominii, cum bona fide possideat rem empram, Cynus & Battolus in leg. rem alienam. de pignorat. action. quia non habeat causam à debitore, sed à suo magistratu vendente illud prædium post item sotpam sine vitio. Secundo obiici quod coactus sit Das Gut an jungen / damit es bez einander bleibe / vñnd nicht wüsst lege / sicut apparat ex dictis testium per reum. Et quamvis contra primi testis personam excipiantur, tamen ob id totum ipsius di-

ctum non corrumpi, f. quia sit officialis, & ante publicationem contra eius personam non excéptum, tum etiam ei credi, qui de facto proprio deponat, præsertim cum alias præsumptiones vehementer corroborat, quod defunctus W. in maximo dolo sit versatus, nunc huic, nunc alterius suum oppignorando, quod habuit in bonis sibi concessis ab Abbatia in Gnadenhal/ quod postea facile creditur apertum det Obligkeit / & quam facilime præsumi in homine ære alieno grauato deteriorationem prædi. Verum utrumque id si apparat eum non emisse à debitore, sed à suo magistratu, pretiumque pro re empta depositum Hinder Gericht. Itaque reus vti bona fidei possessor, & emptor non conueniendus. Item apparere ex actorum patris confessione, quod non petat zu vnderpfand den Hoff / sondern die Schuld. f. Quare ius illud prælationis, quod verius arrestatio in effectu est, ad hypothecam applicari non posse, cum sint diuisa. Vnde intuitu huius, actionem & regressum contra con- creditores potius, quam contra tertium à magistratu bona fide & titulo rem habentem competit.

Potuit enim magistratus, cuius titulo emit reus, ne præmium emphyteuticum plus deteriore- tur detrahere. Tertio f. obiici præscriptionem, apparere enim ex actis inter tempus latæ senten- tiae & contractus initi tredecim annos elapsos, & interim reum nunquam fuisse molestatum. Sed iuris esse tertium possessorem actionem præscri- bere cum bona fide, & iusto titulo decem annis, leg. 1. C. si aduers. creditor. præscript. oppon. leg. final. de action. & obligat. Cui non putat obstare allegatio- nem f. minorenitatis, quæ alioqui præscriptio- nem impedit, iuxta Authent. quas actiones C. de SS. Eccles. leg. final. quibus in caus. restitut. in integr. non est necess. Quia allegatis ætatem, probare debet f. c. in præsentia curia glof. in verb. secunda Ext. de probat. siue actor siue reus glof. in leg. cum te. C. de probation. Bar- tol. in leg. si minorem. C. de in integr. restitut. Quod hic arbitratur deficere, putatur ergo concluden- dum per iudicem executionis bene iudica- tum, male appellatum, compensatis expensis, cum probabilem litigandi causam habuerit, obtinend- do sententiam bis.

### Meum Votum correferentis.

Quia appellatum ab interlocutoria, videlicet à delatione iuramenti, à qua tamén appellatio deferri f. non debuit, leg. generaliter. C. dreb. cre- dit. Quia iuramentum probatio est, & probatio- nes non constringendæ vel denegandæ. Viden- dum de grauamine, & appellans in effectu prin- cipaliter allegat. I. Refricatum negotium prin- cipale, cum index ad executionem simpliciter pro- cedere debuerit. II. Contrarias sententias la- tas. III. Quod ipse sufficienter probarit inten- tionem. IV. Contra appellantem nihil probas- se, etiam in reficatione principalis negotii, & etiamsi probasset, tamen non obstitu- rum.

Frimū non attendo: quia mere exequi iu-  
b 4 dex

dex non debuit, cum sententia prima in Dürren Zimmern / in reum nostrum principaliter lata  
tion sit, sed ex iure, quod sententia illa de actori  
causam contra reum, qui postea rem litigiosam  
possidere cœpit, desumpta; ex que eo contra  
eum primum declaratio facienda fuit.

Secundum similiter non attendo, quia puto  
posse saluari contrarietatem ex eo, quod decisio  
contraria primæ sententia licet videatur in dorso  
eam portare dilationem iuramenti, expressa ta-  
men non fuerit, & adhuc potuerit à iudice eui-  
tari.

Tertium similiter, cum probationes appellan-  
tis ad id non respiciunt, quod videlicet intun-  
gitur iurare, non esse emptum è mandato Schulte-  
ti, nisi ita intelligi velit, ob suas probationes  
id factum esse, vel non: neutquam attenden-  
dum.

Quartum puto minoris esse momenti, & be-  
ne allegatum, quia autem res est feudalis, aut em-  
phyteutica, talis scilicet, quæ oppignorati non  
debuit ab appellante, & tunc non opus est reo,  
& appellato probatio, quod cum consensu aut  
mandato Domini emit, sed per se nulla est oppi-  
gnoratio, & obtinere alias contra appellantem  
potest.

Aut non est talis, & etiam nullius ad aliena-  
tionem fundi litigiosi magistratus interuenisset  
authoritas, taliter ut venit sine alia causa, aliena-  
tio tamen non subsisteret, nec interuerit eo mo-  
do potuisset ius oppignorantis.

Itaq; id iuramentum neutquam à priori iudi-  
ce existimo deferri debuisse, sed nec sine pericu-  
lo summo periurii puto praestari posse ab appelle-  
nato, ex eo, quod appellatus in primo suo articulo  
tertiae instantia ponit sibi nichil angezeigt / de  
mandato Schulteti fit Ebersfall. Quomodo er-  
go iurare potest, sicuti intunctum est, Schulte-  
tum illum mandatum habuisse. Potius neutquam  
videtur ad iurandum admittendus, cum prædi-  
cta articuli positio in conditione appellatum con-  
stituat, † quod verisimiliter per sensum corpore-  
um veritatem scire non possit. glof. leg. admonendi.  
verb. exactum. & ibi Bartol. ff. de iure iur. & glof. in l.  
in bona C. de reb. cred. Ergo puto pronunciandum,  
male indicatum.

Quia vero, cum ita pronunciatum appellans  
ab interlocutoria etiam causam principalem de-  
uoluit ad iudicem appellationis, de illa etiam  
nunc dispiciendum, itaque consueto ordini in-  
sistens.

Primo in formalibus nihil desidero, quia ap-  
pellatum decimo Februarii, & causa introducta  
17. Februarii intra sex dies ab interposita appelle-  
latione, & hoc rite iuxta ordinationem Cam-  
meræ.

Secundo de actione. Ante appellationem ad  
Cameram videntur tres instantia fuisse. Quo ad  
primam, videtur sustineri posse actum esse hypo-  
thecaria, vel utri Saluiano interdicto, sicut illis  
etiam remedii contendere inter se creditores  
hypothecam habentes Ferrat. firmat in form. libel-  
li Hypoth. in verb. sub eadem obligatione. Sed † tamen,  
quia hypothecaria etiam isto casu non datur, nisi  
contra possessorem l. si fundus, §. si duo. de pignor.

Et in prima illa instantia non est intentatum, con-  
tra possessorem, sed ab auctore petitum, se in prio-  
ritate iuris hypothecarii sibi competentis non  
turbare, & potius imploratum officium iudi-  
catis.

Vt vt sit, non puto pluribus hic disputandum,  
cum sententia ibi lata transferit in rem iudicatum,  
nec eam postea reus specialiter conuentus oppug-  
nat. Sufficit ergo inde notari, vigore sententias  
ibi latæ, auctorem intendere adjudicatum, sibi  
quod prius ei satisfieri debeat in bonis W.

In secunda instantia puto auctum hypotheca-  
ria, vel interdicto Saluiano cum auctor intendat,  
reum possidere rem sibi hypothecatam, & sint  
istæ actiones in rem. leg. pignus. leg. pignoris C. de pi-  
gnor. & ibi glof. Danturque contra † quemlibet 19  
possessorem §. item quasi Seruiana. Instit. de action.  
leg. si fundus. §. in vindicatione. de pignor. leg. distractio.  
C. cod. pulchre textus ad terminos nostros in leg.  
Grege. §. etiam & seq. ff. de pignor. Denique quod pe-  
titio ab auctore fiat, sibi satisfieri de debito, vel im-  
mitti in rem hypothecatā, quæ propria est istis a-  
ctionibus. leg. Actio quidem. §. si unus ex pluribus ha-  
red. credit. Bartol. in l. rem alienam. de pignor. action. &  
in d. §. in vindicatione. Imol. c. ex literis. de pignor. Io-  
ann. Faber. & Ias. in dict. §. item quasi Seruiana. num.  
128. de action. Instit. Et eiusdem effectus puto, quod  
adiungit fieri executionem prioris sententia,  
cum ad illius executionem, quia debitoris bona  
affecta sunt; pertineat ius hypothecæ perdurare,  
apud quemque possessorum, dict. leg. grege. §.  
etiam. de pignor.

Et executio mera prioris sententia, cum a-  
ctum contra eum principaliter non sit, contra  
reum fieri non possit. Ergo ex postfacto acqui-  
sita ab eo possessio causam contra eum agendi  
firmauerit primum.

Nec hic valde attendo differentias inter hypo-  
thecariam, & Saluianum interdictum vtile, † cum 20  
eadem sint in utraque fere probationes glof. &  
Iason. d. §. item Seruiana. Et uniuersus creditorum  
Hypothecario competit inter dictum Saluianum  
vtile. Bartol. leg. 1. ff. & C. ad Saluianum. Neguzant.  
tractas. de pignor. & hypothec. 3. membr. 8. part. princip.  
num. 19. Et etiam in Saluiano contra tertium pos-  
sorem dominium probandum quidam velint. Ias.  
d. §. item Seruiana.

III. An probata. Discutro per † requisita in 21  
hac actione, ut probentur.

Primo, quod præcedat aliqua obligatio. leg. 1.  
C. si pignoris. conuencionem muneratione pecunie jecuta  
non sit. l. solutum. ff. de pignor. action. Quia hypothec-  
aria est accessoriū, & nulli obligationi accedens  
per se censi non potest. leg. res hypothecata. leg.  
quasitum. §. fin. de pignor. argumento. leg. fideiussores. §.  
1. de fideiussor. Hoc autem hic probatum ex actis,  
& sententia primæ instantia clarum videatur, nec  
nunc valde curandum, cum in liquidationis ter-  
minis adhuc res deduci possit, & ante eam nullum  
sit præjudicium reo.

Secundo rem, ad quam agitur, adhuc esse ob-  
ligaram consensu, vel traditione. §. inter pignus.  
Institut. de action. l. contrahitur de pignor. l. cum taber-  
nam. §. si eo. §. 1. desolidigations ex consensu. Institut. &c.

Sed

Sed die Hoff ad quos agitur hypothecatos actori. Schultetus in prima instantia primus testis deponit. Similiter licet pro parte tantum secundus testis. Et reus ipse post interlocutoriam primæ instantie, de admittendis probationibus, fatetur eatenus hypothecariam factam, quatenus dāran bezalt / sed quia Schultetus ille & ipsius à teo hoc pro testimonio interpellatus est, & præsumptio non est, quod principaliter tantum sibi voluerit creditor actor prouideri, etiam quod, ut mox dicetur, sententiam illam primam censeri possit ius hypothecæ firmare.

Puto & hoc secundum requisitum probatum, videnturque iudices proximi, dum iuramentum reo detuleunt, item in precedenti interlocutoria, cum rationes ab auctore postularunt censisse.

Tertio requiritur, sem fuisse talem, quæ potuerit obligari, ¶ l. i. §. eam rem si quæ res pignor. oblig. non pos. l. qui filius. l. qui pignorum. l. agricultores, quæ res pignori. &c. Hæc autem iuxta regulam omnium prohibitoriorum præsumitur, nisi ipsum contrarium doceatur, l. i. de testim. cap. 1. per quos fiat inuestit. Speculat. de aduocat. §. & primo obiicitur vers. generaliter. Alexand. consil. 156. versic. non secundum. 5. volum.

Quarto oppignorantem fuisse maiorem. l. maior annū. C. de pignor. l. 1. & 2. que res pignor. oblig. non poss. Nec talē cui interdictum bonis. l. is cui. ff. de verbis. signif. Id similiter iure præsumitur glo. in l. cum res. C. de probat. l. si minorem. Vbi Bart. C. de in integr. restitut.

Quinto quod fuerit in bonis debitoris. l. & qui nondum. §. quod dicitur. de pignor. id est, bona fide possidisse debitorem hypothecantem, quod in Saluiano suffidere communiter tradunt Dd. in l. cum res. C. si res alien. pign. data sit. Id quoq; ex actis manifestū est, nec reus diffitetur, sed posito etiam dominium † probandum (sicut contra communem Iason tenet. d. §. item seru. ana. n. 39.) in saluiano requiri, & in hypothecaria indubitate teneatur, et iam dominium probatum censembitur, cum id ex possessione præsumatur, & infra latius videbitur.

Sexto, reum possidere, ipsius confessione claram est.

Septimo, rem hypothecatam fuisse auctoris priusquam tertius contra quem agitur, possideret. l. de rebus. C. de donat. ante nupt. Atque id quoque ex actis videtur manifestum, sicut & ex dicto primi testis in terra instantia mortui w. fundum litigiosum emisse reum. Intentionem ergo auctoris puto probatum.

IV. An Elisa. Excipitur primo, quod nihil cum auctore reus contraxerit, aut nulla obligatione astrictus sit ex suo facto procedere, sed illud non pato obstat, quia res quæ possidetur est obligata, eaque transiuit cum onere, & ob id agitur, non quia persona est obligata. l. non alias. §. 1. de iudic. l. pign. C. de alien. mut. iudic. ca. l. si rem. §. final. de pignor. action. Roffred. in tit. & serm. libelli, de quasi seruiana.

Secundo, quod nihil possideat, quod hypothecatum sit auctori. Sed & id puto elidere probations auctoris & rei confussionem, qui fundum litigiosum se possidere fatetur, nam quod nititur

diuersum facere fundum ipsum, & die Schuldī so darauff bezalt / non puto iuxta naturam rei, & rationem fieri posse, quia censeatur, was darauis bezalt / in rem ipsam dedisse ius auctori, & quod siquidem potuerit rem ipsam hypothecare etiam tatione eius, was darauff bezalt / us hypothecæ datum sit creditori.

Tertio excipitur, sententiam non dedisse ius hypothecæ auctori, sed contra puto, idque vel ex eo, quod sententia esse conformis libello debet, & quod causam solutionis prius auctori facienda vniuersalē complectitur.

Quarto, licet sententia dederit ius hypothecæ, tamen teo non debere præiudicare, quia iudicio non interfuerit. Sed id fruolum puto, cum sufficiat rem affectam iudicato datam fuisse.

Quinto, non potuisse † rem litigiosam, vt 24 feudalem, vel ein Guldibargit oppignorati. Hæc exceptio juris est, cap. Imperiale. in princip. de prohib. feud. alienat. per Federic. cum ibi notat. Sed esse feudalem vel emphyteuticam non est probatum, sed nec præsumitur, verum potius contrarium. Alciat. tractat. præsumption. reg. 2. præsumpt. 3. Et quia ipse appellatus vocat ein Guldibar Guti/ prium id videtur contrarium naturæ feudali, & in dubio potius censit † res, quam emphy. 25 teuticæ obligazæ ad censem censi debent. Barthol. Socinus. consil. 266. versic. significando quia in 2. parte.

Censitæ vero rei dominii directum apud possessorem manet. Ias. in authentic. qui rem col. 3. C. de sacrofanci. Eccles. Bartolus & Doctores in leg. 1. §. hic titulus. ff. de publican. Ioan. Imol. cap. ad audiendum de reb. Eccles. non alienand. Ita oppignorati ab eo poteſt. Et cœſualis non cadir suo iure, etiam per mille annos censem non soluens. glo. cap. constitutus de relig. dom. Ioann. Faber. §. adeo Institut. de action.

Sexto se coactum emere propter congruum, cuim iam antea partem fundi litigiosi possideret, sed nulla hic appetet intis coactio.

Septimo se bona fide ac titulo possidere, quia emerit ad mandatum magistratus, pretiumque deposuerit. Sed nec ista excusant rem, quia nihilominus quoad auctorem iniuste possidet, cuius ius pignoris interuerrere non debuit, nec ita simpliciter intetuehens auferre potuit magistratus.

O&quo non excuslo principalis, contra se agi hypothecaria, idque eo etiam competente iure non potuisse. Et id quidem iuris est. Authentic. hoc ita si debtor. & ibi Dd. C. de pignor. Sed hic iam motuus debitor principalis, eum ipse reus in prima instantia † asseruit einen Verdröbnen Manu. Itaq; 26 inutilis futura erat excusatio. Vulg. 1. g. l. nam is ff. de dol. mal. Sicque pro facta habetur.

Nono actione præscriptam † & hypothecatam 27 decennio præscribi traditur per gl. & Ias. d. §. item seruiana. num. 12. Sed id procedit in bona fidei possitore tantum glo. & Bart. in l. i. §. cum prædium de pignor. Ias. d. §. item Seruiana. Sed hic reum malefici apparet, qui sciens rem hypothecatam eam comparauit. Puto ergo non Elisan. Quia vero aliquid habet dubium adhuc, an non talis res fuerit, quæ obligari non potuerit feudalis, vel emphyteuticaria. Primum, quia ipse auctor asseruit in, prima

- prima instantia, se emisse cum consensu deß Lehenherm vnd Obrigkeit / licet malum Partheyen gar von einander helfen / tamen pro maiori tecu.  
 28 ritate, & quo à iuxta omnia timari debet, iniungere probatum reo, talem fundum fuisse, qui oppignotari non potuerit, compensatis expensis, quia pro reo in prima instantia pronuntiatum, iuxta Bart. in i. generaliter. §. si iuramento in si. C. de reb. Cred.

## D. N.

An prima instantia in re empta ab appellato, prebeat ius hypothecæ, dubitat. Sed posito, quod sic amissum ob id existimat, quod permiserit rem hypothecatam alienati, & emptorem in sua t possesse iudicale interpellatione non molestari, iuxta regulam, l. creditor qui permittitur de regul. iuris. Nec mouet me, quod appellantes allegant minorem atatem cum ex actis constet Andream B. nomine matris suæ. Anno 1544. comparuisse in iudicio.

Præterea appellantes tempore latæ sententiaz, & multo minus tempore venditionis minorennes fuisse non probant, maiorem quemlibet præsumi. t. si minorem. C. de in integr. restitut. l. nam postea, §. si minor ff. de iniur. c. in praesentia. vbi glos. supr. verb. secunda. extra. de probation. Cumque iura vigilantibus scripta, sibi impudent, quod depositam pecuniam neglexerint, & passi rem alienari. His, & aliis rationibus, nempe weil es iussu deß Lehen vnd Eigenthumbherm verkaufst / absoluiret et appellatum ad imputationem appellantis, compensatis expensis, cum probabilem causam litigandi habuerint appellantes.

## D. S.

Non insituam nouam actionem tantum petitam executionem prioris sententiaz, illam non dare ius hypothecæ, nec alias probatum id constitutum fuisse in corde, nec iudice, darausgangen / sed tantum aufs Arrest / vnd gehe auch nicht weiter / daraus die Frucht der Scheuren allein / c. Itaque sententiam hanc, & iudicatum sue possessioni non posse obstat. Ergo absoluiri Reum debuisse in proxima instantia. Tamen licet nostræ rationes bonæ, ratione iuramenti, nihilominus quia appellatus in eo sententiam non oppugnat, sed simpliciter petet priorem sententiam confirmari, sibi que videatur, eum sine peiusilio præstare id iuramentum posse, quia potuerit etiam ex postfacto rescire mandatum esse Schulteto, vel let simpliciter iudicare male appellatum. Tandem tamen, quia reus est, & petit iudicari, vt in proxima instantia, vult reum absoluere.

## D. A.

Breuitatis causa secundum Domitorum referentium sententiam, petit intentatam actionem hypothecariam non probatam, quia hypothecam tacitam eam habere non putat, ratione contritus, quia debitum ex causa mutui maxime fuit, 32 tacitum non nasci ex mutuo, t. sed tantum ex priuilegiatis leg. Abduas, vbi Bartolus & Doctores C.

qui potior. in pignor. hab. l. certi iuris. C. de locat. & conduct. Similiter nec expressam hypothecam haberi posse, cum nulla pignoratio vel conuentio existat, nec per sententiam ei attributam, quæ loquatur de prælatione, non autem quod miratur in possessionem, vel quasi. Sed sententiam stricte intelligendam, t. & satis illam elisam putat, quia 33 Reus emit cum consensu domini, & pecuniam non occulauit, sed depositit, nec dolo vel fraude distractio facta, sed ne adficia per non vsum deuastarentur, denique redditus annuus solui posset. Deinde facta fuit alienatio mandato Schulteti, qui dolo carere præsumitur, vt administrator bonorum Abbatistæ prævidens damnum emergens ex deuastatione fundi. Et quia unus testis Schultetus, eidem propter inopiam, iuramentum bene delatum l. bone fidei. C. de reb. credit. vbi Bartolus & in l. admonendi. ff. de iure iur. Nec periculum esse periuiri, quia articulus dicens, quod captio sic celebrata ex mandato Schulteti zuic. An vero hoc Schultetus ex mandato magistratus iusserit, Reus ignorat, & præsuppositum est, velle mandatum Schulteti in Gnadenthal / non autem magistratus probare, sicut deponit primus testis, & ex iussu Schulteti zu Gnadenhal iniunctam venditionem, ideo curandum de mandato Schulteti, & non magistratus, itaque putat bene iudicatum, male appellatum, compensatis expensis.

## D. B.

Quoad iuramentum concludit mecum. Quoad primâ instantiam, putat actu contra hæreditatem iacentem & non contra modo Reum, quia ille tunc interuenit ad item (sive suo, sive nomine non attendit) tanquam creditor; cum actore simul contendens W. sibi obligatum, in illa instantia putat actum utili saluiana, vel seruiana, in ea que sibi sufficit, omnia bona W. fuisse B. hypothecata, quibus ita productis late sententia in fauorem B. per quam prior, & potior creditor fuit iudicatus, eamque transiisse in iudicatum; quoad secundam instantiam coram iisdem iudicibus, & in qua actoris filius petit à modo reo debitum, vel immisionem in rem, executionemque sententiaz, quæ omnia non alio tendunt, quam ad prioris sententiaz executionem. Sed in executione iudicem non debere iudicis partes sustinere, t. sed tamen exequi, l. si ut propriez. C. de execut. rei iudicata. Nec libellus admittendus. leg. edita. C. de edendo. Id vero cum hic factum, posset videri executionem sententiaz non petitam, sed responder executionem interdum peti per t actionem in factum. Speculator in tit. de executio. sentent. §. breuiter. num. 4. Ita & hic, quia non satisfactum creditori de iudicato l. grege §. pen. de pignor.

Quo casu minime posse intentari officium iudicis dicit Speculator: sed tali casu pronunciantur, executionem faciendam, vel non, vbi nisi pateatur, mandabit eam iudex executori ex officio, idque multo magis hic putat, quia successor petit sententiam exequi, idque contra tertium possessorum. Quo casu, quia recte posset dubitari, de sententia, bene datur libellus. Specular. vbi

vbi supr. num. 6. in fin. ideo solum queri nunc, an prior sententia lata debeat contra hunc tertium exequi, vbi etiam de exceptionibus rei videntur.

36. Posse t̄ contra tertium possessorem intentari actionem iudicati, patet ex l. miles. §. fin. ff. de re iudic. Ideo illam exceptionem non attendit, sed potissimum illum fundum non constare, esse pignoratum. Deinde nec sententia, quæ petitur exequi, declarat patrem agentis pignus habere debere, sed tantum arrestationem attendit. Vult igitur absoluere reum, & pronunciare, das der Appellat das iuramentum à proximis iudicibus deferit nicht zu erstatte schuldig / sed ab actione Anno 1540. coram indicibus in Dürren Zimmern instituitur zu absoluieren sey / compensatis expensis, ex æquitate, licet haberet rationes in eas condemnandi.

Tandem dahin geschlossen / dass die Urtheil in nechst vorgehender Instanz zu reformiren sey / als wir sie auch hiemit reformiren: Meinlich dero gestalt / dass gedachter Burkhardt von der zu Dürren Zimmern vorbrachter Klag zu absoluieren / oder zu erledigen sey / wie wir jnen hiemit daruon absoluieren / die Gerichtskosten derhalben aufgelaufen / auf bewegenden Ursachen gegen einander compenitirend, vnd vergleichend. Pronunciatum 15. Junii Anno 1558.

#### CLASSIS IV.

De statuto & consuetudine pertinens  
ad Aſthii §. 1. à capite 30. vique  
ad 83.

#### Votum I.

De statuto Iuliacensi ratione successionis  
matris in bonis filiorum.

In causa

C. S. contra B. B.

#### S U M M A R I A.

- 1 Hereditatis petitio instituta, & quæ ibi probanda re-  
niantur. num. 2.
- 3 Interpretatio consuetudinis ex eo, inuatur quod se-  
cundum eam pronunciatum.
- 4 Ordinationes principum confirmatae, magnum re-  
bur habent.
- 5 Consuetudo notoria saltē alleganda.
- 6 Mater quomodo de iure communis succedat.
- 7 Praesumptio reiicit onus probandi in aduersari-  
um.

**A**ctum t̄ petitione hereditatis, Rofr. de per.  
hered. Myrl. in §. actionum. Institut. de Action.  
num. 203.

An probata.

Primo probat se heredem esse t̄ proximo:

rem id quod requiritur leg. vlt. ad S.C. Tertul. Se-  
cundo probat, quod animo adierit, das er dieselbige Gerichtlich empsangen. Tertio facientur rei, se bona possidere. Concludit ex instrumento scri-  
pto actionem probataw. Immo allegat pro se  
titulum: Von Erbung vnd Succession in aufstei-  
gender Linien/wie Vatter vnd Mutter. Vbi  
diponitur parentes liberis succedere, si nec de-  
scendentis, nec fratres adsint, & cap. 82. vbi statu-  
tur, etiam si mater transierit ad secundas nuptias, nihilominus liberis prioris matrimonii, vt in  
Erbgütern/succedat, tam quo ad vslum fructum in  
acquisitis, quam ad proprietatem.

#### An Elisa.

Ad elidendam intentionem actoris rei uti-  
tur vnicō fundamento, scilicet consuetudine. Ad probandam consuetudinem allegat reus pri-  
mam fol. 88. & secundam de anno 64. sub c. 88.  
fol. 95. in rubr. Beschluss / quæ verba videntur  
denotare consuetudinem antiquam. At hie con-  
trariare videtur titulus: wie Vatter vnd Mutter/  
sup.allegat. Ita, vt si probationem consuetudinis  
ex statuto Iuliacensi sumere velimus, habeamus  
in specie probata intentionem actoris de filii  
successione, quoad bona materna, sed si initium  
dict. cap. Beschluss in posteriori, & si in pos-  
terioris rete intueamur, correctio eorum quæ an-  
tecesserunt eluescit in allen vnd jeden obbestimo-  
pten Fällen. Nam verba illa, tam quoad petitionas,  
quam quoad casus quorum dispositio antecelle-  
rat emendationem inferre videntur, quam inter-  
pretationem non parum iuuat, t̄ quod ex actis 3  
constat, bis secundum eam consuetudinem iudi-  
catum fuisse, tam per inferiores, quam per supe-  
riores iudices iuxta Bart. in leg. de quibus num. 10. II.  
& 12. maxime consilio accedente, quod verifica-  
ri potest maxime in commissariis.

Nec patrum facit, quod ex certa scientia t̄ or-  
dinatio sit confimata & in Camera insinuata. Ad-  
hæc d. consuetudinem dispositiue à Iuliacensi in  
scripturam redactam esse notoriā, notoria au-  
tem consuetudo t̄ est all. ganda, non probanda, §  
Bartol. in leg. pen. in fin. de except. Alex. leg. 1. C. de hi  
qua defunt adū. Nec indigent productione statuti  
in eo loco, vbi statutum viget Baldus. cons. 238.  
Concludit quoad Stamgütter / pro consuetudi-  
ne iudicandum. De bonis constante matrimo-  
nio quæfisit, cum consuetudo non disponat, nee  
actor fateatur, excepto quod allegat quædam ex  
iis redempta, quod tanto magis arguit, quod se  
in iis legitimū successorem credit: Verum ac-  
quisita eodem iure, & æque vt Stamgütter /  
indifferenter petat, & distinet, ita vt consuetu-  
do, quo ad ea, non sit probata, succedendum e-  
rit secundum iuri communis dispositionem, vt  
mater in bonis extrinsecus acquisitis t̄ pleno iure 6  
succedat, tam antiquo iure per dict. leg. mater C. ad  
S.C. Tertul. quam nouissimo. §. Hinc nos. column. 4.  
de nupt. pulchra glos. in verbo. coniugum dict. l. mater.  
Mathel. in succes. ab intest. in 2. art. princip. nu. 5. & 6.  
in verbo omnino.

Cui

Cui accedit utraque ordinatio, quæ minime concedit proprietatem in bonis acquisitis. Veruntamen quia reus expressum Landrecht allegat, etiam in bonis acquisitis, daß sie sollen zu beyden Eheleuten Seiten fallen/ quemadmodum & sententia priorum iudicium manifeste exprimit. nec tamen probata sit, maull propter presumptionem reo posterioris consuetudinis probationem iniungere, & in eo sententiam reformare. Compensatis expensis.

rationem non esse habendam in actis ex iis locis productis, sed merita spectanda.

Constat autem proximitatem ex confessione rei, in prima instantia, & ex documentis hic prolatis satis esse probatam. Deinde patet, & Damianum & Albericum, cum Susanna, & Iohanne, tempore mortis Gothardi & matris eius fuisse superstites atque ita pro virilibus portionibus Gothardo heredes extitisse. Sed reus opponit Beatricem superstitem fuisse, & matrem & fratri, & in eam hereditatem translatam ueram.

Adhuc & testamentum à Gothardo factum, & transactione cum B. hereditatem post mortem eius ad se devolutam. Sed de Gothardi testamento nihil constat, quoad B. si ipsa capax fuisse hereditatis, aut heres extitit iam etiam sine transactione reo competit hereditas, quia Susanna in quarto gradu fuit coniuncta dictæ B. At nepotes ex fratribus, & sororibus iis defunctis, in quinto. Sed questionis est, an vera heres fuerit cum hereditatem adepta est, nam reus negat illam renunciasset, & incapacem fuisse, idque probandum se offert.

Verum patet ordinationem tibi Iuliensem, & quæ notoria est. propterea quia confirmata à Cælare, insinuata Cameræ, & in lucem edita, id decidere, nam impressam & ordinationem pro notoria habeti tradit Chassanæs in procœlio consuet. Burg. Nam in ea titulo von Erbtheissn cap. 93. §. Was auch ic. usque ad fin. & §. sequenti traditur, hereditates nec ad moniales, nec ad conobia deferri, sed proximis agnatis, ita tamen ut vel vsumfructum percipiant, vel alius redditus vsumfructus nomine, iis constituantur, atque hoc ipsum de vsumfructu etiam constitutum est in veteri ordinatione ipsam plane verbis, licet illi §. in noua quædam sit tradicta.

Mihil igitur dubium non est, quin ex moribus vetustis illarum ditionum id sit in ordinationem Iuliensem translatum, accedit quod eadem consuetudo etiam probata fuerit ab auctore Wilhelmo, non quod examini nullo fidem plenam adhibeant, sed quod ex dignitate testimoniū examinatorum administriculum aliquod ad superiora accedere existimat.

Sed cur hæc omnia non spectentur, ne examen testimoniū plane reiiciatur, & adhuc dubitari possit, à eiusmodi vetusta antiqua, & infinitæ memorie consuetudo in dictis ditionibus, Iuliensi Duci subiectis fuerit. Tamen cum eadem articulata sit in interuelationalibus, quos Vomelius decimo septimo Ianuarii. Anno septuagesimo sexto produxit nomine tutorum relictorum Adam von Harsfeldt / & eosdem ad probandum admitti petat, & Annæ procur. cui ius cessum à fratribus suis Wilhelmo & Balthasaræ Flodorff ut ex documentis numero quadragesimo quinto, & quadragesimo sexto constat, eos veros confitentur in acceptatione, & confessione dictorum articulorum loco litis contestationis & responsorum duodecimo Septembris eodem anno producta, & vigesimo lunii Anno septuagesimo septimo, idem nomine suorum principium interuenientes ad 4. partem hereditatis admittat

## Votum II.

### De eodem Statuto, quod religionem ingressis, tantum vsumfructum assignat.

In causa appellationis Dn. B.

- 1 Nullitates circa acta probatoria commissa inexcusabiles.
- 2 Consuetudo non valet, ut credatur testi non iurato.
- 3 Iudex debet breuitati litium studere.
- 4 Acta inferioris Germanie faciliter à nullitate defenduntur.
- 5 Probatio de renunciatione facta offertur.
- 6 Ordinationi Iuliensi fides adhibetur.
- 7 Ordinatio impressa pro notoria habetur.
- 8 Hereditates ad moniales non deferri ex statu Iuliensi.
- 9 Nullitate omessa, quando super meritos pronunciariposit.

**D**icitur dubium non est, quin super nullitate pronunciare possimus: Nam intuerti mihi libellum, & grauamina appellationis, & responses, & defensionales, & quæ desuper sunt deducta, præcipue nullitatem concernunt, ac sunt quedam nullitates, quæ excusat nequeunt, & veluti commissa in probatoriis, præsertim quod testes non iurarunt.

- 2 Nam nec consuetudo valet, ut testes & non iurati examinentur, & unica est exceptio, si consensu partium remittatur iuriurandum. Verum cum amplius quam quadraginta annis partes contendent, & difficile admodum sit iudici, 3 qui studere debet breuitati & litium ut de novo procedant post tantum interuallum iniungere.

Nunc videndum est, an illo modo neglectis nullitatibus, possimus in causa principali pronunciare. Et si opus nobis sit examine testimoniū, certum est, nos non posse, quia nullitates illas non possimus non spectare? Si autem absque examine illo, nihilominus causam principalem dijudicare poterimus, perinde ac si nulli testes produci fuissent veluti ex confessione litigatorum, & ex productione documentorum fide dignorum, tunc existimat nullitates non inspicendas, sed merita cause consideranda, præsertim 4 cum hæc acta ex inferiori Germania & sunt allata, & cum Ordinatio, tum Mynsing. & Gail. statuant, atque ita stylo obseruatum sit, nullatum

mittat vel admitti consentiat, idque Vomelius acceptet ex probatione eorum, si respectu Battberg admissi fuerint ad probandum, (vt sa- ne in hoc casu ab iis, qui de hac consuetudine dubitant, admittendi etunt) eadē facile proba- bitur.

Quod cum ita sit, non videt, cur super nullitate s̄i pronunciandum, cum super meritis sen-  
tentiam † dicere possimus, idque iuxta ordina-  
tionem part. tertia, titul. trigesimo quarto, de nulli-  
tatis. §. secundo. debeatnus, præsertim cum  
non per viam nullitatis, sed per viam appella-  
tionis causa hæc ad nostrum iudicium sit dela-  
ta, & sit tam iniquitas, quam nullitas deduc-  
enda.

Nam & ipse reus sive appellans proposuit li-  
bellum appellationis 20. Ianuarii, Anno 39.  
num. 6. In quo petit, pronunciati nulliter, vel  
male appellatum, superflue vel bene iudica-  
tum.

Lis etiam 7. Martii, Anno 39. & super nulli-  
tate, & super iniquitate sit contestata, adhæc  
14. Ianuarii, Anno 40. eiusdem rei procurator  
protulit grauamina appellationis, in quibus,  
licet præcipue dederat nullitatem; tamen repe-  
tit petitionem libelli, nulliter, vel saltem inique-  
iudicatum, &c.

Vnde & procurator appellati Flodorff, in ex-  
ceptionibus suis contra grauamina, ultima lu-  
nii, eodem anno 40. productis contendit non  
attendendam nullitatem, quæ irreparabiliter  
parti non præjudicet, & quæ sibi magis, sine sua  
culpa nocete non debeat, cum perierit in ex-  
amine testium iuxta iuris formam procedi, quam  
adversario obsit; sed super iniquitate pronun-  
ciandum.

Ac de industria reus, licet per viam appella-  
tionis huc venerit; nihilominus tamen postea,  
per 29. annos, relieta iniquitate, cuius cogni-  
tio sibi perniciofa fatura esset, nullitatē tan-  
tum vrsit, vt scilicet eo diutius aduersam partem  
vexare, & causam protelare, & possessione hære-  
ditatis frui posset.

Porro si merita iuxta ordinationem spectare  
voluerimus, aut liquidum nobis erit ius actoris  
& appellati, aut non.

Ac ego quidem; quia morte Gothardi, pari  
gradu Albericum, vt & Damianum, coniun-  
ctum eidem ex actis reperio, vt & Susannam &  
Ioannem, idque reus confiteatur, pro virili-  
bus quoque portionibus puto hæreditatem des-  
cendentibus dicti Alberici, & Damiani compe-  
tere.

Satis etiam constare puto dictam B. profes-  
sam hæreditatis capacem non fuisse, sed ex vtra-  
que ordinatione Iuliacensi, & ex antiqua con-  
suetudine, vel vsusfructus, vel annui teditus, lo-  
co vsusfructus, constituti, vt in hac causa  
20. modiorum frumenti  
annuorum.

\*\*

\*

### Votum III.

De consuetudine Aquisgranensi circa  
successionem mariti & vxoris, & quod li-  
beri soluto matrimonio consequan-  
tur immobilia, coniunx  
mobilia omnia.

### In causa G. Z. contra I. M.

#### S Y M M A R I A.

- 1 Libellus ineptitudinis arguitur.
- 2 Actio ex capite merum Aquisgranenium.
- 3 Consuetudo in actis prioribus probata.
- 4 Confessus pro iudicato habetur.
- 5 Instantia mutata non mutatur iudicium.
- 6 Consuetudinem notoriam suffit allegare.
- 7 Praiudicia, in quibus d. consuetudo approba-  
ta.
- 8 Consuetudo derogat iuri communi.
- 9 Fructus an venians sub hoc statuto, & cui debeat  
tur. & num. 24.
- 10 Fructus percepti extantes sub mobilibus contine-  
tur.
- 11 Fructus consumpti, an inter mobilia, vel immobi-  
lia referantur.
- 12 Fructus hic inter mobilia referri, perceptos scilicet,  
& consumptos.
- 13 Fructibus non extantibus, pretium refunden-  
dum.
- 14 Exceptio rei iudicata, quando obfit.
- 15 AEs alienum quis ex consuetudine Aquisgranensi  
soluat.
- 16 Vir & vxor de iure communi quomodo succedant,  
& num. 17.
- 18 Hereditas cum fructibus restituenda.
- 19 Fructus augere hereditatem. & 20. 22.
- 20 Actio an pro re mobili vel immobili haben-  
da.
- 21 De hereditate transfigens, & de fructibus videtur  
transfigisse.

Nilla hic interfuerit eiusmodi nullitas, quæ  
sit attendenda: nec in formalibus appella-  
tionis quicquam est virtus. Igitur videamus de a-  
ctione, & similibus capitibus, quæ hic discuti-  
soleant.

#### De Actione.

Ac primo animaduertendum est, satis † obli-  
curum & ineptum esse libellum, vt qui nec ple-  
nam facti contineat narrationem, nec petitio-  
nem seu conclusionem habeat recte conforma-  
tam.

Primo enim nec mentionem quidem facit in  
libello consuetudinis, in qua petitionem suam  
fundat.

Deinde ea specificatio & liquidatio, quam pro-  
duxit, prædiorum est, & & redditum, non mobi-  
libum: & tamen quartam partem quintæ, iure  
fructuum, petiit. Fuerunt enim quatuor hære-  
des Gerlachi, vt intelligi potest, ex mandato, in

epitome

## 26 Class. IV. Vot. III. de consuet. Aquif.

prioribus actis Deslero dato, num. 31. & ex citat. num. 32.

Porro egisse condicione ex eo capite morum Aquisqranensium, quod t̄ est de successione superstitionis coniugis, liberis prioris matrimonii existentibus. Nam & in replicis suis eam consuetudinem ponit, scilicet, daß alle die gerechte Güter der letzten Handt zu sendig seyen / & in priorum actuum articulis elisiuis, num. 39.

### An probata, &c.

Quod ad ipsam consuetudinem, qua actrix suam intentionem fundat, & quam in replicis suis allegat, satis in actis prioribus t̄ probatum esse, communī consensu Domini, 11. Iunii Anno 61. censuerunt. Et quidem per confessionem ipsius met Benignæ in Replicis suis, nu. 33. Nam t̄ confessus pro iudicato habetur, l. 1. C. de confes. & habet executionem paratam, vt ibidem Bart, in 3. not. per text. in l. p̄f rem. de re iud. & l. debitoribus. Sed nec hic reus eam negat, verum tacite confitetur, cum hic repetit sententias priorum actuum.

Itaque cum mutatis iudicibus singulis, idem iudicium t̄ quodante fuit, permaneat l. proponebatur ff. de iudic. si probationem consuetudinis ex prioribus actis hoc referre possit tunc & rei, vt dixi, ex iisdem actis sententiisque tum latis præcipue se rucantur, & actrix eadem consuetudine nitatur, vt aperte in replicis indicat. Huc accedit, quod etiam tum Dominus Referens statuerit de allegata consuetudine, vt iudicibus, ex multis aliis actibus constitisse, atque pro quasi notoria in Camera habitam. At notoriā consuetudinem sufficit t̄ allegare, Alexan. l. 1. C. vt quæ desunt adūcat, num. 4. Imo non est opus eandem probare, Bald. in l. si fugitiui, &c. C. de seruio fugit. colum. 2. E: t̄ alia præiudicia, in quibus dicta consuetudo fuit approbata, allegat Capito. Est autem faciendum id, quod s̄pē factum est Glos. in l. 3. §. vlt. de refib.

Porro huiusmodi consuetudinem, & ius municipale esse attendendum, & t̄ iuri communi derogare, plurib. exposui in causa Molcken cōtra Meckelburg Quo etiam pertinent, quæ notat gl. in l. rem non nouam. & ibidem Ias. C. de iud. vbi dicere ad hoc etiam facete textum in §. vlt. vers. quoniam autem, auth. quib. mod. nat. eff. legit. Petr. de Anchor. consil. 214. incip. iuxta ordinem questionum colum. 2. Dd. add. l. 3. d. §. vlt. ibi, Baldus ad l. si fugitiui. colum. 5. vers. s̄cias autem, vbi vocat consuetudinem actum practicum Dd. ad l. 1. Cod. quæ sit longa consuetudo. Sed ordinatio iubet eiusmodi consuetudines non omnino absurdas allegare. Sed nunc videamus, an idecirco actrix intentionem suam probauit, quod consuetudinem probatani statuamus? Et dubium non est, quin ratione mobilium probarit; cum ea aperte superstitioni coniugi postreme debeat.

De t̄ fructibus vero maior est quæstio, quos petrā tempore mortis sui usque ad mortem mariti, id est, ab anno 3. usque ad 41. Nam cum consuetudo nullam faciat mentionem fructuum, sed mobilium tantum, quæstionis est; an fructus e-

iusmodi à detentatoribus vel possessoribus h̄z redditatis percepti, referantur inter mobilia vel immobilia.

Et dubium non est, quia t̄ fructus percepti extantes continetur sub mobilibus. Afflct. de feudi cognit. cap. 2. num. 47. & seq. Tiraquellus in tractatu, de utroque retractu. glos. 6. §. 1. in verbo, rentes. num. 1. glos. 7. in verbo autres choses. num. 15. in terminis. & num. 44.

Quod consumptus t̄ attinet, pro quibus competit actionem & ea referenda sint inter mobilia, magna est quæstio. Nam plerique fuerunt interpres, qui actionem, nec rem mobilem, nec immobilem, sed tertium quoddam genus constituant, vt magnam eorum multitudinem congregavit Tiraquellus. in glos. 7. §. 1. in verb. autres choses, num. 9. per integrum paginam. Specul. in tit. de fructibus & interesse. §. 1. versic. sed pone. & §. secundo quartetur. Abb. in c. nulli, de rebus alien. non alien. tamen verius esse puto, actionem quæ ad mobilia pertinet, inter mobilia connumerari, Tiraquel. d. glos. 7. num. 8. 14. 18. quod præsertim de actione, ad fructus, seu redditus cessos & perceptos, id est arreagiis idem Tiraquellus d. glos. 6. §. 1. in verbo rentes. num. 10. tradit. Idem d. glos. 7. num. 15. ait; cum actione ad alterum competit, vel mobilium vel immobilium eo est referenda, vt cum ex statuto immobilia ad agnatos, mobilia ad cognatos pertinent, tum actionem pro mobilibus ad mobilia referendam.

Itaque concludo, actionem hanc quæ Benignæ t̄ pro fructibus perceptis & consumptis competit etiam inter mobilia ponendam. Unde infero, etiam intentionem eius, quod attinet ad fructus, esse probatam.

Act̄ tametsi quæ à matro Benignæ in prioribus actis, & ab ipsa Benigna petita mobilia, non amplius extent: tamen nihilominus pretium datus reus præstare cogitur. Non enim solum, ut possessor rerū hereditiarum, sed etiam, vt heredes Gerlachii, qui una cum aliis quæ in hereditate fuerant, mobilia distraxit, conuenit. Itaque factum suum pro quota parte antecessoris sui præstare cogitur.

### An elisa, &c.

Cum iudicatum sit pro reo, & consortibus, & petenti dictæ Benignæ p̄enam executorialibus insertam, id est, tres marchas auri, & fructus hereditatis, itemque mobilia, vna cum quota parte hereditatis, negata in vniuersum, id quod & in Replicis, & liquidatione seu specificatione bonorum petuit, per sententiam sit denegatum, videtur t̄ rei iudicatae exceptio ei obstat, quo minus iam & rem eandem, & contra eandem personam petere possit l. 3. l. 6. ff. de except. rei iudicata. §. tem si cum eo, insit, de except.

Ac quod ad fructus attinet, non est quod dubitemus, quin exceptio rei iudicatae obstat. Nam, vt constat ex actis prioribus, ad fructus & interesse, vt mobilia, Benigna ex proprio iure egit, vi- gore consuetudinis Aquensis, quæ t̄ bona mobilla viduæ cedat cū onere æris alieni. Hæc enim verba sunt

sunt D.Ruckeri referentis in voto suo 13. Junij Anno 56. vbi etiam ait, ex actis apparete, talem consuetudinem Aquisgtani obseruari, & sic videri fundatam eius intentionem ex iure proprio, & huic consuetudini suffragari ius commune. Et 16 si tamen vir & vxor inuicem non, sed saltē in quarto gradu de iure prætorio succedant, & demum defientibus omnibus agnatis & cognatis, usque ad decimum gradum l. i. C. unde vir & vxor. tamen possunt sibi inuicem succedere in parte, 17 tribus & concurrentibus, scilicet quod matrimonium fuerit sine dote. Secundo, quod superstes laboret inopia. Tertio, quod præmortuus fuerit dines. Quia tunc superstes, siue sit vir, siue vxor potest succedere hoc modo defuncto, & tunc rursus distinguendum est, ut sequitur. Aut enim præmortuus coniux post se reliquit agnatos & cognatos tantum, & nullos liberos, vel ascendentibus; tunc talis coniunx superstes inops succedit defuncto, ut hæres, in quarta parte omnium bonorum, in reliquo proximiores alii agnati vel cognati, ut in authen. de exhibendis & introducendis reis. §. quoniam vero, & pro hoc etiam facit textus in authen. ut nulli iudicium liceat habere loci seruare. §. fin. in fine. & hoc si hæreditas non excedit quadringentas libras auri, & tunc petere potest illam per conditionem ex lege secundum Angel. in §. fin. Instit. de succeſ. cog. per d. §. quoniam vero.

Aut præmortuus coniux post se reliquit liberos, & eo casu aut sunt nati ex alia vxore, & tunc si sunt tres vel pauciores, succedit, ut hæres in quarta, per d. §. quoniam vero, & ut liceat matri & aui. §. quia vero legem dudum. & in auth. preterea. C. unde vir & vxor. nisi excederet portio talis valorē centum librarum auri. Aut sunt nati ex eadem vxore, & si sunt tres, siue pauciores, & tunc mater admittitur solum ad usumfructum quartæ partis, & proprietas manet apud filios, ut in d. §. quia vero. & hunc usumfructum non habet, ut hæres: sed potest saltē agere condicione ex lege ad ad usumfructum quartæ partis bonorum, secundum Angel. in d. loco. si sunt plures quam tres, tunc poterit usumfructum vitilis partis petere, ut in d. §. quia vero. Et sicut in tertium casum, habere videtur vidua, quo ad usumfructum interese etiam secundum ius commune.

Primum enim requisitum adest in nostro caſu, scilicet quod ipsa nihil attulerit ad maritum.

Fatentur enim hoc & referunt ipsius aduersarii in conclusionibus; his verbis: Dies weil sie überall kein Güter zu Johann Zincken ihrem Haushwirthsſeligen bracht/sonder ist desselbigen Dienstmagdt gewest / und hat nichts gehabt/ rc.

Secundum requisitum quoque est probatum, quod scilicet Benigna laboret inopia. Constat enim ex prothocollo, quod Licentiatus Breulin, Anno 1542. die 7. Iunii, pro ipsa iurauerit iumentum pauperratis.

Item tertium quoque, quod maritus sit præmortuus, malis existentibus liberis; licet non usque adeo bene de quantitate bonorum constet.

Ita, siue ad ius commune, siue ad consuetu-

dinem respicimus, videtur quod Benigna fundatam habeat intentionem, quo ad interesse, ex proprio iure, scilicet ratione ususfructus.

Sed tamen concludit bene, singulis examinatis, quod benigna ex secundo fundamento, & sic ex proprio iure, nullum habeat interesse contra hæredes Præfati Zincken, prædictis omnibus non obstantibus.

Nec enim in primis obstante consuetudine Aquensem, quæ vxori concedit soluto matrimonio bona mobilia, per quam videtur etiam usumfructum debitum pertinere ad benignam. Quia posito; quod quondam Gerlaci hæredes teneantur hæreditatem restituere cum fructibus perceptis à tempore, quo avus Iohannis Zinken obiit, quemadmodum negari non potest, quia fructus & augmenta, quæ post mortem defuncti hæreditati accesserunt, recte petantur, l. item veniunt. §. item non solum, & §. fructus, in causa. l. si quo tempore. ff. de petit. hered. Tamen huiusmodi fructus magis ad ipsam hæreditatem pertinent, & pars sunt quodammodo hæreditatis, nec iura fructus separant ab ipsa hæreditate, sed & dicunt quod fructus omnes, tam naturales, quam industrielles, augeant ipsam hæreditatem, siue ante aditam hæreditatem, siue post accesserunt, d. §. item non solum. vbi glos. allegans inter alia iura pulchrum textum, in l. si post ibi fructibus. Cod. de petit. hered. Igitur si hæreditas augmentationem recipit & diminutionem ex fructibus, certe separati non possunt ab hæreditate, & sic & potius ad hæredes, quam ad uxorem pertinent fructus à tempore mortis, cum & consuetudo intelligatur potius de bonis mobiliis, repertis tempore mortis mariti.

Tum cum adhuc debetur, incertum est, an inter bona mobilia, vel immobilia communiter debent, quia nomina & seu credita & debita siue actiones, non sunt vere bona mobilia nec immobilia: sed faciunt tertium genus, pulchre Specul. de fructibus & interesse. §. i. versic. sed pone, & §. secundo queritur, vbi dicit quod fructus inter mobilia bona annumerentur, si separati sint a solo, & non debentur alias, pulchre ibi, Abb. in cap. nulli. de rebus eccles. non alien. vbi etiam dicit, quid anni redditus non veniant appellatione rerum immobilium, sed mobilium.

Nec etiam obstante ius commune, quod usumfructum concedit matri in quarta post mortem mariti: quia ipsa non agit ad talem usumfructum, ut ex isto capite: sed petit usumfructum à tempore avi, usque ad tempus mortis mariti, & sic usumfructum ante mortem mariti, tanquam bona mobilia, usumfructum autem qui incipit esse post mortem mariti, permittit liberis, ut colligitur ex Replica ipsius, ibi, was aber gemeldete Güter nach ihres Manns seligen Todt errangen möchten haben / komptden Kindern zu gutem / einem jedem nach seinem gebürenden Anteil.

Atque hoc ex voto Domini Referentis Ruckeri, qui præcipue fundat suam intentionem ex consuetudine illa, qua mobilia superstiti coniungi debentur.

Interesse autem & fructus ei adiudicarunt ex

## 28 Class.IV.Vot.IV.De statut.Lubec.

duabus causis. Primo, quod fructus pars sint hæreditatis, & hæreditatem augeant, ipsique hæreditati insint, atque ideo ad hæredes + pertineant, **Litem veniunt. §. item non solum. & §. fructus. ff. de petit. hæredit.** Id quod non solum intelligendum est de fructibus pendentibus & iam perceptis extantibus, sed etiam consumptis. Nam & eos hæreditatis possessor, simul atque denunciatum ei est, hæreditatem ad se non pertinere, & quoquomodo mala fidei esse cœperit, restituere, aut pro iis estimationem, & pretium refundere cogitur, **l. sed & si. §. quod autem. & §. de eo autem. & §. ultim. cum. legib. sequentibus ff. de petit. hæredit. d. l. item veniunt. §. petitam ff. eod.** Cum igitur prioris matrimonii liberi prædiorum immobilium hæredes fuerint, atque cum reo, eiusque consortibus de portione sua hæreditaria transegerint, etiam + de fructibus transegisse intelliguntur, argumento **l. qui sit. §. 1. ff. de vñs.** Vnde non videntur amplius repeti posse, **textu alleg.**

Secundo, quod mobilia tantum ex consuetudine ad superstitem coniugem pertineant, actionem autem pro fructibus perceptis proprie, nec rem mobilem, nec immobilem esse, ut infinitas authoritates DD. in hanc sententiam refert Tiraquell, *de vtroque retrattu. in d. glos. 7. d. §. 1. in d. verbo autres choses. d. num. 9.* Etsi vero magis in eam sententiam inclino, ut cum ex consuetudine immobilia liberis prioris matrimonii, superstiti + autem coniugi mobilia deferantur, etiam in mobilibus fructus iam separati & percepti sint numerandi, siue extent, siue consumpti sint, cum præsertim actionem pro illis fructibus etiam ad mobilia aggregandam, cum ad alterum genus referre eos oportet, ex Tiraquell, *d. glos. 7. in d. ver. autres choses. numero decimoquinto* supra ostendi, atque ideo etiam in hac hypothesi viduæ adiudicatem una cum mobilibus: tamen quia ex eadem specie, id est consuetudine Aquensi, iudices priores, fructus in liquidatione specificatos, & petitos, Anno 61. 11. Iulii manifeste adiudicarunt, omnino nobis rei iudicatae executionem, quam hic Iost Meels reus, & appellans in exceptionibus suis opponit, nihil obstat puto, præsertim cum etiam in prioribus actis contra eum & contra alios Gerlaci Zincken hæredes egerit, ut ex mandato ab iis hæredibus Deslero dato, num. 31. & executione citationis num. 32, intelligi potest.

Quare propter exceptionem rei iudicatae concludo, fructus astricti non competere. Reliquum est, ut videamus; an vi per exceptionem rei iudicatae, ratione fructuum, intentio astrictis eliditur, sic quoque, ratione immobilium, elidatur? Actamets videatur etiam in mobilibus exceptio rei iudicatae astricti nocere, quid eadem quoque in conclusione liquidationis & specificationis bonorum num. 34, in prioribus actis petita fuerint: tamen in eam potius sententiam inclino, ut non existimet rem iudicataam in mobilibus ei obesse.

Nam expresse in consuetudine superstiti coniugi referuantur. Vnde ut in prioribus actis, in Elixiis num. 34, rei referunt. Benignam expensas,

vt mobilia, percepisse. Idem etiam aperte in prioribus actis, in conclusione sua num. 34. & in elisiis num. 39, contra astrictem exceperunt, si de iis experiri velit, ius eam suum in prima instantia coram ordinario iudice persequi posse.

Addo quod Domini in prioribus actis idcirco mobilium rationem non habuisse videantur, quod nihil de iis in specificatione à Benigna producta expressum fuerit.

Qua de re videatur prothocollum postremæ sententiae in executorialibus, Anno 61. 11. Iulii late in voto referentis.

### *Quid pronunciandum.*

**Quæ cum ita sint, concludo, reformatā esse priorē sententiam, ratione fructuum, ut bene sit appellatum, male iudicatum. Ratione autem mobilium, bene iudicatum, male appellatum, compensatis expensis.**

### *Votum IV.*

**De Statuto Lubecensi, & consuetudine maritimatum Ciuitatum Saxoniarum, circa successionem Informatio, cum opinione Referentis Cameral.**

**Exhibitum in causa vertente inter Conradum I. Appellantem.**

### *Contra*

**Iohann. & Georgium fratres de V.**

### *S Y M M A R I A.*

- 1 Successio vterinorum qualis de iure communis.
- 2 Qualis consuetudo maritimorum Ciuitatum, & an ea ad vterinos extendenda.
- 3 Maritus vñfructum in bonis uxoris habet.
- 4 Ex consuetudine hac bona sunt communia.
- 5 Odiosa consuetudo est restringenda.
- 6 Consuetudines esse tacitum pactum ciuium.
- 7 Consuetudo actuum frequentiam desiderat.
- 8 Consuetudo an legem scriptam tollat.
- 9 Petitioni hereditatis quot annis prescribatur.
- 10 Tacens pro consentiente in leuioribus habetur, & num. 43.
- 11 Donare & iactare suum nemo presumitur.
- 12 Pater filia rationem magis quam fratri vterini rationem habuisse presumitur.
- 13 Municipalis iuris quanta vis.
- 14 Statuta eius loci attendenda, ubi res est, etiam à iudice appellationis, num. 15.
- 15 Iudex negligens statuta, facit item suam.
- 16 De iniuritate Legis & statuti non licet appellare.
- 17 Legitima an statuto tollatur.

- 19 Statutum valet, vt filius mercatorum debitum soluat, eriam si ex hereditate nihil acceperit.
- 20 Statutum de lucranda dote, valet.
- 21 Indotem mulier omnia bona dare potest.
- 22 Confirmatio principi, non est de necessitate statuti vel consuerudinis.
- 23 Statuta confirmata vim priuilegij habent.
- 24 Confirmatio robur addit.
- 25 Iuramentum ad obseruantiam statutorum quomodo liget.
- 26 Ius quod in alium quis statuis eo & ipse rti debet.
- 27 Statuti extensio licita est in casibus ubi alias statuta esset inutile.
- 28 Statutum ira intelligendum, vt supra ius commune aliquid operetur.
- 29 Extensio in statutorum materia quid sit.
- 30 Statutum fauorabile extenditur ad casus improrios.
- 31 Statutum per non usum, non amittitur.
- 32 Pro statuto habetur illud quod statuens, si interrogatus fuisset, statuisse.
- 33 Ad frequentiora ius accommodatur.
- 34 Mutatio non facile presumenda.
- 35 Prasumptio onus probandi in aduersarium restringit.
- 36 Notorium proponere sufficit.
- 37 Actio perimitur confusione.
- 38 Diuiso transactioni comparatur.
- 39 A transactione, non nisi ob metum, & dolum receditur.
- 40 Metus prasumptionem qua tollant.
- 41 Dolo praescribitur biennio.
- 42 Diuiso non comprehendit futuros casus.
- 43 Subscribens confirmare censetur.
- 44 Non exemplis sed legibus iudicandum.
- 45 Statuta etiam iniqua toleranda.
- 46 Feudum sine consensu Domini non potest oppignori.
- 47 Feudum sine consensu Domini non potest oppignori.
- 48 Alienatio ob necessitatem quando in prohibitis iusta.
- 49 Feudalia quando in subsidium veniant.
- 50 Assessor Cameralis sententia super hoc casu.

**Q**uidam intestatus decedens, post se heredes reliquit à paterna linea, duos fratres consanguineos tantum; à linea vero materna, unum fratrem vterinum, atque ut diuersos fratres, ita & bona diuersa, feudalia scilicet, & allodialia. Orta super ipsius successione legitima contentione, & causa coram Decurionibus oppidi Tanglimensis disceptata, tandem post legitimam cognitionem, lata à senatu sententia fuit, secundum ipsius oppidi, omniumque maritimorum ciuitatum statuta, atque consuerudines in hæc verba:

Nach dem Curt Juen vnd die genannten von Vseldom als Hans vnd Jorgen sämpelich vnd sonderlich / den gemeldten seligen Henningk von Vseldom ihren halben Bruder genannt / also daß der eine ihme nicht näher im Grati zugehört hat / als der ander / so kan vnd mag der halben / zu den verlassenen seligen Henningk Erbgütern / so hier im Statrichte gelegen/vnd enthalten/der ein auch nicht mehr berechtiget seyn / als der ander/sondern sollen vnd müssen also alle drey / die verlassnen Erbschafft vnder sich zu gleich in die Häupterschlech-

ten vnd theilen / es wer dann/daz Curt Juen bewisen könnde / daß er von seiner Eltern wegen/nach Stadischem / Lübschem Recht kein aufgesprochen Erb bekommen/oder aber/daz sonst Henningk von Vseldom/ seliger / über sein aufgemachte väterlich vnd müterlich Erb / noch besondere Erbschafft von der Mutter/ oder Großmutter wegen empfangen hätt/als dann gienge es dawieder. vmb wie recht ist/hoc est:

Quoniam Conradus Iuen, & prænominati Iohannes, & Georgius ab Vseldom, pariter ex æquo sæpe dictum: Henningus ab Vseldom, piz memorie fratrem suum, appellavit, ita quod in pari gradu existant, nec quisquam eorum defuncto altero sit proximior. Proinde, nec potest, nec debet in his bonis allodialibus in nostræ ciuitatis districtu sitis alter alteri præferri. Sed debent ac tenentur illi tres relicta defuncti hereditatem inter se in capita diuidere; Nisi forte Conradus Iuen supradictus, probare ac planum facere possit, quod ei iuxta dispositionem iuris Lubecensem adhuc de paterna & materna hereditate satis factum non sit: Aut quod sæpe dictus Henningus ab Vseldom piz memorie post paternam atque maternam hereditatem acceptam, alia bona aduentitia, à matre, vel auia materna, specialiter consecutus sit. Eo enim casu fiat id, quid iustum est.

Ab hac sententia, tam æquitati, quam iuri municipalí conformi, Actot ad illustrissimum Ducem Dominum Philippum Pomeranie, &c. Principem appellavit, & pro iustificanda appellatione sua, & oppugnanda dicta sententia, in processu secundæ instantiæ, pro Basi ac fundamento p̄æsupposuit.

Quod iure scripto apertissime cautum sit; si aliquis fratres quosdam consanguineos tantum, & & quosdam Vterinos tātum relinquit. Int' rebus maternis præferendos vterinos; in rebus vero paternis, consanguineos tantum, allegantes pro hac opinione. Primo in viuenterum omnes, qui de successionibus ab intestato literis aliquid mandarunt. Seorsim vero, ac in specie, Roli Bom. in fibribus suis ultimarum voluntatum. Iacob. de Vbald. Item Dyn. in tract. de succes. ab intest. del. Postremo post hanc Commentatorum syluam text. & glos. in Auth. itaque mortuo. C. communia. de succes. & glos. in Auth. post fratres ex vtroque. C. de legit. hered. cum l. emancipatis, in fine eod. tit.

Quod autem bona allodialia, de quibus contruertitur à matre, & auia appellantis profecta sint, primum notorium esse.

Deinde vel eo solo argumento conuinci posse, q̄ magna ex parte immobilia sint; defuncti vero patrem, externum, & aduentitium fuisse, & ex Rugia in oppidum Tanglimense suis humeris tantam molem portare nequivuisse.

Quod autem huic tam firmæ & inexpugnabili propositioni non obstat illa in contrarium tal. 2 allegata maritimorum ciuitatum consuetudo, per quam secundus maritus in bonis vxoris, post legitimam cum filiis prioris matrimonii factam divisionem, si postea liberos ex ea sustulit, plenum dominium consequitur.

Primo iure civili apertissime probati aiunt, quid pro sustinendis † matrimonii oneribus ma-

rito tantum vsumfructum in bonis vxoris concedit, refertendo se ad vulgatos iuris civilis locos, & hoc quidem vrote viuente: ea vero rebus humanis exempta, ne vsumfructum quidem deberi, iuxta l. *emancipatis. C. de legit. hered. ibi; exceptis maternis rebus, in quibus si ex eadem matre fratres vel sorores sint, eos solo's vocari oportet, patri scilicet in huiusmodi bonis maternis nullo omnino usufructu competente.*

Et hæc in Replica.

Secundo quod non obstat dicta consuetudo maritimorum ciuitatum Saxoniae, qua, ut supra mentio facta est, per contractum matrimonii bona ipsorum contrahentium sunt communia.

¶ Eam tamen consuetudinem ad maritum & uxorem tantum pertinere, ideoque ad vterinos & consanguineos extendendam non esse, cum hæc consuetudo ex diametro cum iure scripto pugnet, & sic sit odiosa. Quod enim contra rationem iuris receptum tamen non esse producendum ad consequencias, ut est apertus textus in l. quod res. ff. de lib. & ibi gl.

Præterea dictum Bartoli esse in l. *cunctos populos. C. de summa Trin. & fid. cathol.* quod statutum odiosum suis cancellis, quibus circumdatum est, continet, nec ad alios casus trahi debeat, nec quæquam in gradum proximiorem statuere possit. Quod autem consuetudines legibus contrarie dicantur odiosæ, & sic restringendæ, adeoque ne ad casum similem extendendæ, alleg. Paul. de Cast. *consil. 225.* & regulam iuris, quæ vult, odia restringi, fauores vero ampliari debere per l. *cum quidam ff. de lib. & posthum. c. odia restringi. de reguli. iur. in 6.* Item adducit in argumentum not. Felin. *in c. auditio. de prescriptionibus*, qui consuetudinem tacitum pactum ciuium esse dicit, atque tamen ideo ad alios casus, sicut nec pactum, extendi non oportere l. si unus. §. ante omnia. ff. de pactis. Præterea exemplis non esse indicandum l. *nemo. Cod. de sent. & interloc. omn. iud.* pro qua conclusione expresse facere aiant, d. l. *antepenult. ff. de lib. & posthum. & ibi gl.*

Tertio contra sepe citatam consuetudinem opponunt, quod in oppido Tangmensi intra longissimi temporis spaciū talis casus de hereditate, ad vterinos, & consanguineos deuoluta nunquam contigerit. Communem autem omnium Doctorum opinionem esse, consuetudinem, non tamen nisi per frequentissime iteratos actus introduci posse, Bart. in l. *de quibus. ff. de lib. & cundem cum reliquis. in l. 2. C. que sit longa consuet.* Canonist. in *ff. eod. tit. Hostien. in summa de consil. ac requiri de necessitate, ut intra decennium bis in contradictorio iudicio secundum eam indicatum sit, per supra all.*

Quarto quod hæc consuetudo non solum prescripta non sit, verum omnino impræscriptibilis, siunt, inde patere, quod non est rationabilis. Esse autem contra legem scriptam introductam, quam tamen tollere non possit. Cum consuetudo (est quod possit tollere legem aliam municipalem) tamen non possit tollere legem prescriptam, iuxta Innocen. in c. *penult. de consuetud.* Hoc enim solum Imperatori reservatum esse, ideo per inferiorem aliter disponi non posse, iuxta Bald. in l. *cunctos populos. C. de summa Trinitat. & fid. cathol.*

Postremo contra dictam consuetudinem assertunt, quod tam priuatim, quam publice perniciosa sit: priuatim, quia non communiter utriusque tam vterino quam consanguineis ius suum tribueret; sed contra æquitatem & iustitiam, vterino suum eriperet, & daret consanguineis, nullo sanguinis vinculo vterino, atque eius matris & auia coniunctis. Publice vero, quia tali consuetudine admissa, futurum, ut quilibet nobilis obseratus per matrimonium cum cive opulentia contractum, sua bona feudalia ab ære alieno liberare possit, & sic ciuitas (quam diuitem esse Reip. interstit.) suis fortunis ab illis exhaustur, qui beli tempore magis signa sui domini feudalis sequi, quam eius ciuitatis moenia tueri velint. Pluribus aliis argumentis sparsim adiectis, ita tenuibus & puerilibus, ut in contentionem adduci non mereantur, quibus tamen infra suis locis respondebitur.

Et hæc contra consuetudinem: inferentes omnia & singula quæ vñquam defuncti pater, ac postea ipse intestatus præter feuda antiqua possederunt, fuisse matris, ac auia appellantis, atque ideo in his vterinum præferendum.

Secundo principaliter, quod appellanti non obstat multorum annorum taciturnitas, ac patientia, quod scilicet appellans post acceptam suam legitimam paternam, & maternam hereditatem, & emancipationem, etiam illis transactionibus, quibus diutio inter defunctum & eius patrem facta est super bonis paternis, ac maternis, interfuerit, illis aperite consensit, ac subscripsit, nec vñquam de harum iniquitate verbum fecit. Hinc volunt probare.

Primo, quod à morte matris defuncti tantum 26. annorum spatium lapsum sit. Petitionem autem hereditatis non nisi triginta, aut quadraginta annorum præscriptione tamen tolli, l. *hereditatis. C. § de petit. hered.*

Secundo, illam regulam iuris, qui tacet consentire videtur, tantum tamen in leuoribus locum habere: in rebus autem magi momenti non item, alleg. Socin. in *consil. 161. incip. non in usu. Bart. in l. que dotti. §. scientiam ff. soluto matrimon.* nec non præterea alios, atque hicalias evidentes præsumptiones locum vendicare, quæ volunt, neminem suum tamen facere velle actum damnosum, argumento l. si cum aur. ff. de solut. Nec etiam donationem in dubio præsumi, per d. l. si cum aur. & l. contra iuriu regulas. §. si filius. ff. de pactis. Præterea iniuriam esse appellantem, propter pietatem, & beneficium in fratrem collatum, damnum aliquod sustinere debere contra l. & virtutum. C. de stat. & imag. & l. sed & si. §. consuluit. ff. de petitio. hered.

Item quod etiam appellans filiam habeat, præsumatur magis illius, quam tamen fratris vterini rationem habere voluisse, argumento l. isti quidem. §. ultim. ff. quod met. causa. & l. preses. Cod. de servatur.

Et hæc quidem iudicialiter ab ipso appellante contra dictam sententiam proposita fuere; extra vero iudicium aperto præjudicio, quid illustrissimum Principem eiusque consiliarios in sua sententia sequi conueniat, præscribunt.

scribunt. Aliunt enim, nuper in proximo confistorio Wolgastii celebrato, in admodum simili casu, contra Ius Lübecensem pronunciatum est. Proinde Clementissimum Dominum nostrum, iustitiae & constantie causa, etiam hoc in causa iura municipalia infringere habere.

Quod autem haec omnia hactenus relata nec in iure nec in facto subsistant, quodque pleraque praeter rem adducta, in universum aut nullius sint, ad euertenda iura & consuetudines Pomeraniae momenti, sequentibus firmissimis argumentis, ac rationibus planum fiet.

Quæ nos prudentissimos atque clarissimos viros, Dominos consiliarios obnoxie rogamus, ut diligenter pensare atq; discutere, & sine molestia perlegere dignentur.

Ac primum omnium in confessio est, unamquamque ciuitatem, quæ legibus ac moribus regitur, maxime si iurisdictio accedit, vel temporis diuturnitate prescripta, vel à superiori tributa, ius sibi certum ac proprium constitutum possa. Omnes enim populi, qui humanam societatem colunt, aut communi omnium gentium, quod scilicet naturalis ratio prescribit, aut proprio iure (quod ab ipsis priuatum receptum est) venturum leg. omnes populi. ff. de iustit. & iure. §. in autem ciuite. Institut. de iure nat. gent. & ciuii. cap. in iustit. 1. distin. Cuius quidem municipalis iuris tantumta est vis, atque authoritas, vt in his, quæ à iure scripto popul. Roman. prætermissa sunt, legis vicem, in decisio autem, infringendi potestate obtineat; nisi forte aut lex aliqua derogatoria superioris existat, aut hoc priuatum contra Reipub. aut Ecclesiarum utilitatem introductum sit, aut naturalem rationem, & ius gentium aperte oppugnet, vel in his, quæ ad fidem religionis nostræ pertinent, contra sacram scripturam aliquid perpetram statuat: postremo nihil, in præjudicium superioris, & in reseruatis soli Principi, decidat. Haec est Bartoli omniumque iuris interpretum in citatis locis recepta & consentiens doctrina.

Porro & hoc recepti iuris est, in decisionibus causarum iudicem cognitionis, statuta & consuetudines eius loci sequi debere, & in quo res controversæ sitæ sunt, etiamsi causa extra territorium ad non subditos statutum porrigitur. Quod probatur per ea quæ diffuse traduntur per Dd. in leg. cunctos populos. Cod. de sum. Trinita. & fide Catholi. & Cano. super rub. extra de consuetudi. ac aliis diversis locis, de quo etiam Doctores in cap. fina. de foro compet.

Quod maxime omnium in appellationis iudicis locum obtinet. Is enim priori iudiciu quo prouocatum est, vt confirmator vel reformato succedens, omnino necesse habet, secundum ea iura & consuetudines pronunciate, secundum quæ priorem iudicem sententiam suam ferre conueniebat. Haec sunt verba Baldi in §. hoc quod nos. versiu. porro si est quæstio. de pac. constitut. in vñibz feudorum, cui adstipulatur Specula. libr. secundo parte, 3. de appellatione, sub rubric. de officio eius ad quem appellatur. versi. debet quoque index. colum. 2. qui ad hoc allegat cap. Raynarius. de testam. cap. cum venissent, de eo qui mittitur in possess. causa rei

seruanda. Pro quo etiam facit textus in leg. an in to. sum. Cod. de adiſic. priuat. cap. illud. vbi pleine nota. 12. distincio. leg. 3. §. fin. ff. de testam. leg. 2. in fine. Cod. de iure dot. per Abb. & alios in cap. quod clericis, de foro competent.

Ac sane tanta est statutorum, atque consuetudinis auctoritas, vt non minus ipsorum, quam iuris communitatis transgressione iudex item suam faciat, & secundum Bald. in authent. iubemus. per il. lum text. Cod. de iud. & Iason. in leg. de quibus in 2. co. lumen. ff. de legib. Ita enim punitur transgressor consuetudinis, sicut legis, c. in hū. 11. distinc. gloss. in cap. generali. de elec. in 6. & c. literis. de consues.

Porro vti ab iniquitate & legis scriptæ appelle- 17. lare fas non est, leg. si qua pœna. ff. de verborum signific. leg. fin. ff. de appellat. recipi. ita quoque ab iniquitate statuti prouocate non licete, nisi forte in odium alicuius priuati specialiter factum sit, docet Barto. quem reliqui sequuntur in d. I. omnes populi, in ultima quest. §. questionis principalis. ff. de iust. & iure. Ias. in l. l. circa princ. ff. de legib.

Est autem in oppido Tanglensis & scriptis verbis statutum, & aliquot iam seculis obseruata consuetudo, nec ibi solum, sed in omnibus maritimis ciuitatibus Saxoniz; quod eorum qui matrimonio copulati fuerint, alterutro vita functo, si superestes coniunx ad secunda vota transire cupiat, ante nuptias cum hisce liberis, quos ex priori matrimonio habuit, legitimam bonorum divisionem facere, atque ei tam de paternis quam maternis bonis satisfacere cogatur. Ita quod si parentis denuo contrahens, ex secundo matrimonio liberos alios consequatur, filii ex priori matrimonio ab omni eius sint hereditate exclusi: ita quod cocontrahentium bona siant communia, & vir, in uxoris, & è contra uxori in matiti bonis proprietatem consequatur. Si autem hoc coniugium sterile sit, tunc ad defuncti parentis hereditatem prioris matrimonii filii reuocentur.

Haec ita se habere quo ad consuetudinem notorium est. Ita enim indies iudicatur, quo ad statutum vero, nos ad ius Lübecensem ab hisce ciuitatibus receptum referimus, quod supra scriptum est.

Quod autem hoc statutum & dicta consuetudo iusta, æqua, & rationabilia sint, hinc probatur, quod nihil contra sacras literas, contra ius gentium, nec in reseruatis Principi, nec contra derogatoriam aliquam legem, nec contra utilitatem Ecclesie, vel Reipublicæ statuant. Et si rem exacte expendimus, satis liquet per quam æquum, & rationi naturali conforme hoc ius esse: Per hoc enim liberis prioris matrimonii, ne eorum bona à vitrictis, vel nouercis, aut per prodigalitatem dissipentur vel alienentur, salubriter est prouisum. Videamus enim id quotidianu venire, vt per secundas nuptias bona prioris mariti aut uxoris, varie ac mirum in modum distrahanter: Vnde non leuis iactura prioribus filiis interrogatur. Id ne quando in hac ciuitate & reliquis contingere, ac in fauore filiorum prioris matrimonii, atque ut multarum contentionum atq; litium quæ ex successionibus ab intestato ori solent, fons & ianua præcluderetur, statutum hoc

diurna atque longissima præscriptione, consuetudinem inducente, introductum fuit per quod coniunx superstes ad secundas nuptias transire cupiens, ante secundi matrimonii celebrationem, cum liberi suis legitimam & æquam bonorum omnium diuisionem facere compellitur.

Ac præterea multis aliis iuriis ciuilis rationibus & argumentis æquitas huius statuti ostendi potest. Si enim statuto legitima portio filiis debita auferri potest, † quemadmodum multorum Doctorum opinio est, Dyn. in c. indulsum, de reg. iur. in 6. Cyn. in l. sancimus. C. de nupt. Barr. in l. Tito centum. §. fin ff. de cond. & demon. Panorm. in c. Raynuttius. de testam. Quanto magis hoc nostrum statutum æquius atque tolerabilius est, quod filiis legitimam non eripit, sed in illorum fauorem est introductum. Si etiam admittitur statutum, quod extantibus filiis masculis foeminae non succedant; de quo late per Dd. in d.l. cunctos populos, & late per Nicol. de Vbald. in tract. de factu. ab intell. circa principium, quod etiam ad nepotem extendi potest, secundum Fulgo. & Ias. in d.l. de quibus in 4. colum. Si etiam per legem municipalem constitui potest, † quod filii mercatorum ad debita mortuorum parentum personuenda, etiamsi paternæ hereditatis nihil receperint, efficaciter obligentur, & conueniantur, ut pronunciat Bald. in l. dotis filie. super gloss. C. de iur. dor. Imola in c. penul. de confuet. Ias. in d.l. de quibus. 14. colu. Quanto hoc nostrum statutum humanius atque æquius, per quod inique nihil contra filios statuitur, sed vt supra dictum est, succurritur.

Quod autem statutum valeat dispones, † quod decadente uxore in matrimonio maritus lucretur dotem, etiamsi matrimonium fuerit momentaneum, decidit Bald. quem refert & sequitur Iason in l. non tantum. C. de legat. Potest autem etiam † de iure ciuilis mulier omnia sua bona marito in dotem dare. c. in li. f. de iure dot. & l. nulla. C. eod. tit. in dispo. incip. Mulier habens magnum patrimonium.

Et quanquam recepta doctorum sententia sit, confirmationem Principis ad eiusmodi statuta & consuetudines corroborandas necessariam non esse, † cum ea potestas ciuitatibus à iure Cæsareo & publico tributa sit, vt per illos in d.l. omnes populi: tamen ius Lubecensem ab hisce maritimis ciuitatibus receperunt, multis retro seculis ab omnibus Imperatoribus, ac Regibus Romanorum successive, & per hunc Carolum Quintum Augustum confirmatum exiit: † ita quod iam privilegi viim & autoritatem obtineat, l. si non speciali. C. de testa. Ias. in d.l. cunctos populos in 7. colum. C. de Sum. Trinita. & fide Cathol. c. seruitutem. 18. quest. vlt. c. super quibusdam. §. præterea. de verb. signif. l. quisquā. C. de episcop. & clericis.

Et licet in generali confirmatione non confirmarent nisi iusta. c. i. & ibi Pet. de Anch. & Phil. Fran. de iure iur. lib. 6. Bald. in l. 3. C. de precib. Imp. off. Idem c. i. per quos sicut inuestitura, in vñib. feud. cum tamen, vt supra dictum est, statutum in nostro casu non nisi iustum & æquum sit. Primo propter præcismariorum futurorum occasionem, secundo, quia nihil liberis secundi matrimonii aufert, sed ipsis expresso cauer, consequens est, etiam ex hac confirmatione multum roboris huic statuto & consuetudini accedere, cum dici soleat, ea quæ ab initio non subsistebant, † principis confirmatione ro-

bur accipere, c. i. & ibi Dd. de transact. Inno. & Abbr. in c. 2. de confirm. vñili velinusti.

Insuper dato, quod hæc consuetudo iusta vel quæ non esset, adhuc pars appellans iniuste faceret quod dicta statuta & consuetudines oppugnaret. Non enim inficiari potest, quod cum in ordinem decurionum istius ciuitatis suscipietur, iuramentum ultro & sponte præstiterit, sese priuilegia, statuta, ac consuetudines istius ciuitatis, & expresse ius Lubecensem in omnibus & singulis suis contentis & articulis obseruare, & pro conseruatione horum nullum periculum vel incommodum detrectare velle: Certum est autem, quod iuramentū quod † ad obseruationem statutorum obstringit, siquidem futuros casus non contineat, omnino esse seruandum, de quo ple. in c. pen. extra, de iure iur. maxime cum id sine priculo salutis æternæ seruari possit c. cum dilectus, de his que vi met. rau. f. c. si vero, vbi late per Did. & c. contingat. extra de iure iur. c. quamvis. c. licei, de paciū in 6.

Deniq; si se pedictum statutum, & illa ciuitatis huius, per se pessime reiteratos actus introducta, consuetudo adhuc non subsisterent, possent salte, quo ad hunc appellantem, hoc inconuincibili argum. defendi atq; iustificari. Constat enim quod ipse appellans posteaquam (vt supra dictum est) in Decurionum ordinem est receptus, quod poitea iudicandi munere in eodem oppido sepe perfundetur sit, ac in dicendis sententiis semper ius municipale, etiam nostro in casu, secutus sit. Nec solum aliis ita ius dixerit, verum etiam, secundum sepe dictam consuetudinem, ac statuta, ipse hereditates accepert. Nc sane difficultis probatio futura est, per quam planum fieri possit, ipsum appellantem magnam bonorum partem, quæ hodie possidet, eiusmodi successionibus, non solum contra ius ciuale scriptum, verum etiam contra naturam, ac rationem omnium successionum, quo ad propaginem, acceptam referre teneri.

Est autem non solum à iure ciuilli, verum etiam diuino atque naturali proditum; † Neminem in suam personam id ius recusare debere, quod in alterius æquum censuit, tot. tit. ff. Quod quicq; iur. in a. liam stat: eodem ipse vratur. i. dift. in prim.

Si itaq; cum de suo commodo ageretur, ius hos appellans approbavit, debet certe id nunc, non iniquum censere; quod maxime est secundum natutam, de qua plura infra suo loco dicentur.

Ex quibus omnibus superiorius adductis, evidenter ostensum est, hoc statutum, & consuetudinem æquam, rationabilia, iusta, confirmata, atq; ipsi maxime appellanti seruanda esse, & sic in hisce maritimis ciuitatibus. Saxonie iuri scripto derogate, & ob id fine vlo grauamine, contra ius, æquitatem, contra proprium iuramentum, ac conscientiam, à sententia Senatus Tangmensis appellatum esse. Quod autem sua in contrarium adducta argumēta prorsus nullius momenti sint, apparebit ex his, quæ subiicientur.

Ac primum, quod ait, etiamsi statutum aut consuetudo hæc probata essent, tamē ea vti odiosa, in consequentiam producenda non esse: & ideo statutum (de contrahentium persona loquens, & dominio viri in bonis dotalib. & è contra de proprietate uxoris, in bonis mariti, matrimonio durante, conse-

consequendis, & postea, ex lusione liberiorū prioris matrimonii, si subsequens matrimonium secundum sit) ad veterinos & consanguineos fratres porrigitur non esse patrum prouide & prudenter ab aduersa parte allegatur. Demus enim hęc statuta, quę iuris stricti esse censentur, si contra ius scriptum aliquid statuant, non extendi, neque etiam ad similes casus porrigit oportere, iuxta alleg. Barto. Doct. in d. l. omnes populi. Certe, ex illa ipsa Barto communiter recepta doctrina, admittere coguntur, extensionem tamen ad illos casus licitam esse, & sine quibus statutum alias esset omnino nullius efficaciz, per leg. si ita stipulatus fuerit, per te non fieri ff. de verborum obligat. & l. non distinguimus. §. de officio. & quod ibi not. ff. de arbit. & l. 2. ff. de iurisdictione omn. iudic. l. ad rem & l. ad legatum. ff. de procurator.

Certum autē est, si hoc statutum ad liberos secundi matrimonii non extenderetur, quod tunc maritus, non dominium in dote, sed tantum vsum fructum haberet: nam ad heredum suorum commodum, & suam voluntatem nihil in ea disponere possit. & sic nihil ultra ius scriptum operaretur: Cum tamen aperiū iuris sit, statuta ita esse intelligenda, vt aliquid ultra ius cōmune operentur, & arg. l. si quando, in pr. ff. de leg. facit l. si ita stipulatus ff. de vseris. & l. 1. in si. ff. ad muni. & arg. eius quod not. in l. nō solum ff. de rei vin. Dy. & Bar. in l. 4. S. prator ait. ff. de damnatio infectio. Secundo, si rem exacte introspicim⁹, videmus nulla hic extensione opus esse. Extensione n. est, & quando lex aliqua aut statutum ad similes vel diuersos casus, interpretatione commoda, porrigitur: sed in hoc nostro casu illud tantū controvenerit, utrū bona defuncti tam pfectitia, q̄ aduentitia censerit debeat. Si hoc, vt supra ostensum est, verbis statuti expresse cauetur, quotsum op⁹ est extensione? Et tamen, si qua esset opus, ex supra adducto argu, illam licitam esse probatum est, maxime hoc adiecto, q̄ cum hoc statutum rationabile sit, bene possit extendi, l. quod non ratione. ff. de leg. b. dueto argum, à contrario sensu, & per tex. in l. 1. C. que sit longa consuet. & etiam favorabile, utputa in odiū futurum litium, & comnodum filiorum primi matrimonii introductum, iuxta regulam. Odia restringi, fauores vero ampliari debere, de quo per gloss. Bald. & late Iaso. in l. venia editi. C. de in ius vican. vbi dicunt, quod statutum favorabile extenditur etiam & ad casus improprios, vide Alexand. de Imol. in l. si cum detem. in fin. princip. ff. solut. matrim. & eundem & omnes Modern. in l. 1. §. huins rei. ff. de off. eius cui mand. est iuri/a.

Quod deinceps tertio adducit, in p̄fato op̄ido Tanglimensi secundum hanc consuetudinem, quo ad successiones veterinorū, & consanguineorum tantum, intra 40. annos iudicatum non extitisse, & sic consuetudinem inductam non esse. Respondemus. Si ad Senatum Lubecensem (vti parerat) prouocatum fuisset, appellantem sensurum suis, an non multis in casibus similib. frequenter in hisce maritimis ciuitatibus Saxoniz, cuius statuta & consuetudines, propter confederaciones, etiam hoc oppidum sequitur, ita seruatum arque nisi vxoris, atque generi importuna instigatione compulsus, animū ad contentionem applicuisse, huius rei luculentum testimonium adere, sed

quid opus est superfluis, & ad sciticiis probationibus: maneamus intra septa, nec ultra propositos terminos euagemur: esse hanc de qua supra diffusse tractatum est, in hoc oppido atque vicinis locis consuetudinem, vt per matrimonium contrahentium bona communia fiant: Siquidem proles ex illo proueniant, ad quas deinde omnis parentū hereditas deuoluatur, certo certius est: Secundū quā non bis in decennio, sed decies, in biennio iudicatum est; quod non difficulter probari potest, nec ipsi aduersarii audent inficiari. Et extant in actis litteræ Senatus Tanglimensis, quibus affirmant, se, in dicenda sua sententia, ius municipale, atque suę ciuitatis consuetudines secutos fuisse. Et posito (non autē concesso) quod nulla omnino consuetudo introducta esset, adhuc suis iurib. firmiter alteretur statutū, quod expressis verbis extat in Lubecensium iure, superius allegato. Quod certe per illum non vsum sublatum esse non potuit: Cum per non vsum, nunquam, etiam in mille annis, lex, vel & statutum tollatur, vt per Cyn. quem sequuntur alii, in l. 2. colu. 5. incip. vers. expediti sumus de prima quasi. princip. Cod. que sit longa consuet. Canon. c. loan. vbi text. princip. de cleric. non resid. & cap. 1. de Treug. & pace.

Quod igitur sublatum non est, cur non stare permittitur l. sancimus. in princ. C. de testa. l. precipimus, in ff. C. de appell. Atq; ita coguntur aduersarii confiteri, quod illa consuetudine atque statuto saluis, bona defuncti, tam profectitia, quam aduentitia fuerūt, nec à sola matre profecta, & sic, secundum tenorem sententiae à Decurionibus Tanglimensem latæ, diuiso in capitula facienda, nec in bonis controuersiis veterinus sit preferendus, etiam secundum iuris communis dispositionem.

Potro singulat's doctrina Doctorum est; quod pro statuto habetur illud, & quod statuentes verisimiliter statuerint de hoc interrogari, vel si suis recordati glo. in l. tale pactum. §. si ff. de pact. pro qua gl. facit tex. in l. fin. secundum intellectum Bar. Bal. & Ange. ibi, C. de posth. here. in sit. facit l. Barbarius, vers. sed & si sciūisset, & ibi Bald. in §. colu. ff. de eff. prator. las. in l. siue apud acta. 2. colu. C. de transact. Constat autem Lubecenses, super hoc casu interrogatos, ita pronunciatus fuisse. Extat autem statutum in terminis nostris supra alleg.

Quod autem, quarto loco, adducit appellans s̄pē allegatam consuetudinem, quasi irrationabilem, & ob id etiam in prescriptibilem esse, quoniam legi scriptæ contrariatur id quam vere citetur prudentissimis Dominis consiliariis iudicandum relinquimus. Certe non sequitur.

Hęc consuetude contra legē est, ergo est irrationalis. Si enim propter rationem solum, lex scripta valeret, nunquam etiam ab Imperatore contraria lege scripta prior posset tolli; q̄ quam sit absurdum dicere, quamq; multæ extant in corpore iuris leges antiquatæ, & correctæ omnib⁹, vel mediocriter in iure versatis, notū est. Sed quia ad legē condendam, etiam authoritas, in statuente requiritur, & certum sit, propter varias temporum, atq; locorum circumstantias, s̄pē numero legū correctionem esse necessariam, c. nō debet, de consan. & aff. c. fi extra de transact. & c. super eo de sent. excom. Consequēs est, etiā alios populos, atq; ciuitates, aliqua iusta, & rationabili causa motos, quicq; cōtra scriptū ius

ius statuere posse. Ac certe cum hoc legib. sit permisum, ut l. de quib. ff. de ll. tum simul impudentis esset dicere, à legib. occasione contra rationem faciendo introductam esse, contra l. meminerint. C. unde vi. Atq; in eodem argum, sicuti contra apertos tex. iuris, ita sine omni iudicio afferitur, consuetudinem legem scriptam tollere non posse, cum hoc solum principi reseruatum sit, allegantes autoritatem Inno. & Baldi, legem scriptam ita generaliter tollere, ut nullos homines amplius adstringat, soli principi, qui eam ferre potuit, reliquam esse, liberenter fatemur, sicuti authoritates ab aduersario adductæ probant: Quod autem consuetudo, & statuta in statuentium, aut eorum, qui legibus contraria consuetudinem inducunt, ferris, legi scriptæ non derogent, nullus sanæ mentis insciabitur & est tex. expressus, & ibi Dd. in d. l. de quibus, & ita debet intelligi l. 2. C. que sit longa consuet. quod scilicet specialiter, non autem generaliter legem vincat, secundum Bart. & Salic. ibi.

Quod autem, quinto, pari temeritate aduersarius affirmat, hoc statutū, vel consuetudinem hanc publicam huius oppidi utilitatē infringere, cū nobiles alieno ære oppressi, ciuium iactura, sua feuda liberare possent, contra id quod dici solet, principis interesse quam plurimos habere diuites subditos, huic statuto & consuetudini non obstat.

Dempus enim (quod tamen falso, & contra conscientiam suam s̄epe inculcat aduersarius) quod pia memorie pater appellatorum, nulla bona immobilia, humeris suis (vt isti nugantur) ex Rugia, in ciuitate Tanglimensem deferre potuisset, & sic pauper, & obæratus, ex fortunato illo (si diis placet) matrimonio cum cive opulenta contracto, bona feudalia debitibus grauata liberaasset, adhuc non sequeretur, ob id hanc consuetudinem, ut perniciosem ciuitati tollendam: Cū ex puris particularib., item ab uno individuo, ad speciem firma argumenta-  
ta non ducantur. Et sicuti ius ad ea tantum, t̄ q̄ frequenter contingunt, referri debet, l. iura constitui, cū l. seq. & l. nam ad ea. ff. de legib. Item etiam propter causas, qui rāto contingere possent, & adhuc nō contingunt, tolli non debet: Cum ea, quæ utiliter servel statuta aut recepta sunt, perpetuo durare, nec sine evidenti causa, t̄ immutari debeant, l. minime. ff. de ll. l. 2. ff. de consti. prin. de quo tract. in l. 2. C. de diuer. rescript. l. 1. C. que sit longa consuetudo. argu. l. vnic. in fi. C. de inoff. don. & c. cum expediatur, de elect. in 6. Nec sane in cōmodo in aduersarios retorqueri potest arg. illud per q̄ subtile, qui, vt supra relatum est, ab impossibili naturæ, ad honorū qualitatē argumentatur. Si n. patens appellatorum bona immobilia, ut domos, & fundos humeris suis in oppidū Tanglimense ex Rugia portare nō potuit, sequitur ex eadem impossibilitate, quod nec inde auferre, & humeris suis in Rugiam transferre potuerit. Et parum refert, uter illa bona possideat, dummodo ciuitas, id quod suum est, inde consequatur, quod sane semper consecuta est, & adhuc consequitur. Et quod damno ciuitati prædictæ non fuerit, quod pater appellatorum in eam se contulerit, sed quod ornamento illi, atque utilis ciuis exticerit, tota ciuitas fati cogitur: nec dubitant appellati, quin tantum prædictæ ciuitati ipsi professe possint, quam appellans, atque ipsius gener, qui hoc ipsum studio habent, quomodo ipsorum pri-

uilegia & iura, contra iuramentum suum tollere possent.

Porro si hæc consuetudo ciuitati pernicioса es-  
ser, ab omnibus, quorum interest, impugnari de-  
beret, iuxta regulam iuris. Quod ad omnes attinet  
&c. Quod autem pernicioса non sit, testantur pu-  
blicæ literæ decurionū isti oppidi, ad illostrissimū  
Dominū Principem datæ, quibus à sua Celsitudi-  
ne suppliciter postulant, ne contra pacta cū maio-  
ribus suis inita, & eorū, atq; suas proprias confir-  
mationes, & promissiones, priuilegia illorum, iu-  
ra, & consuetudines labefactare, atque infringere  
velit, adiuvantes, tam præter decorum, q̄ spem su-  
am accidisse, quod ex illorū numero extiterit, qui  
contra iuramentum suum, quæ ea mordicus tueri  
debet, aperte impugnaret. Postremo non sequi-  
tur: Si appellans bona defuncti, in hoc oppido, aut  
eius agro adiacenti sita, cum consanguineis suis in  
capita diuidere cogeretur, futurū, vt Imperiū Ro-  
man. diuitibus ciubus destituatur. Semper enim  
fuerunt, ante natum hunc appellantem, & post eius  
mortem futuri sunt, qui suis fortunis, atq; opibus  
Remp. in suis casibus adiuuare possint.

Hactenus de consuetudine atq; statuto Lube-  
censi, q̄ potuimus breuiter disseruimus, multis quæ  
pro his tueri adduci poterant, consulto, breui-  
tatis causa, omissis. Quibus in sua firmitate stantib.  
necessario concluditur, bona litigiosa defuncti,  
propter illam vxoris, atq; mariti bonorum cōmu-  
nionem, quo ad proprietatem, & dominium, tam  
pfectitia, quam aduentitia fuisse, dato, quod appelle-  
latorum pater nullum obulum in ciuitatem Tan-  
glimensem attulisset, quod tamen falsum est.

Quod autem s̄epe allegatus Appellatorum pa-  
ter, pro se diues satis, & non obæratus fuerit (quæ-  
admodum aduersarii impudenter, contra decorū,  
& veritatem inculcant, iniuriando defuncti cine-  
res, & existimationem, contra l. offa. ff. de relig. &  
sumpt. fun. l. 1. §. quories. ff. de iniur. quod filii eius, si-  
cuti de iure tenentur, data occasione, prosequi  
non intermittent) his rationibus subsequentibus  
ostenditur.

Ac primo, quoniam aduersarii in hac negativa  
intentionem suam fundant; item quia ea est qualita-  
tis, necesse habent, & de iure tenentur eam pro-  
bare. Inno. in c. super his de accus. Bar. in l. hoc iure. ff. de  
verb. obi. Lanfr. in c. quoniam contra falsum, in princ.

A quo probandi onere appellantem non rele-  
uat, id quod dici solet, præsumptionem t̄ onus p.  
bandi in aduersariū transferre. c. vt nostrum, extra vt  
eccl. benef. fin. di. conf. l. Quintus Mutius. ff. de don. int. vir.  
& vx. text. in c. fin. de iureiu. l. etiam. C. de don. int. vir. &  
vx. l. siue possidetis & l. si pactum, ff. de probat.

Non enim villa hic est præsumptio, qua pauper-  
tas, in homine rebus immobilib. diuite, præsuma-  
tur. Porro non potuit pater appellatorū fundos,  
domos atq; prædia humeris suis portare, ergo ve-  
nit pauper in ciuitate. Id perinde sequitur, ac si di-  
cerem: Imperator non potest vrbes atq; casta hu-  
meris portare. Ergo non habet redditus in Hispania,  
& est pauper. Aut, si ei non placet hoc exem-  
plum, propter personarum & bonorum dissimili-  
tudinem, argumentemut ita: Busse, Halle, gener  
appellantis, post varios casus, venit Spira, absq; o-  
nni pecunia, in ciuitatem Tanglimensem, nec po-  
terat secum adferre prædia: Ergo fuit pauper, &  
obæ-

obseratus. Hæc quomodo cohæreant, aut sequantur omnibus, etiam mente captis, iudicare difficile nō est. Secundo, quod ait aduersarius, notorium esse, patrem Appelatorum pauperem fuisse, falsū est, quod primum, ex ipsius confessione, elicitur, quia admittit illum bona feudalia in Rugia habuisse. Deinde etiam si notoriū esset, adhuc aduersariū ab onere pbandi non relevaret, cū illud notoriū non sit facti permanentis.

**36** Quiaq; n. id, q; notoriū est, tānū pponendi adferat necessitatē, iuxta gl. sing. in cle. appellanti. de appella. Bar. in l. 2. in vlt. col. ff. de except. l. si quis in alie. ff. de iud. Bal. in l. 1. in 2. col. C. quomo. & quan. index, tamen id intelligi debet de notorio facti permanentis. Nam si sit facti transfeuntis, legitimate pbandum est, secundum singularē & approbatam doctrinam Bal. in l. cum fratre. 4. col. C. de his quib. vt indig. & Sali. in l. ea quidem. §. quia propter. in 3. & 4. charta. C. de accu. vbi finaliter, post longum tractatū, in hoc inclinat, quod notorium facti transfeuntis, si negatum sit, probari debeat.

Quod autem ē contra appellatorum pater, tantū in bonis immobiliib. atq; feudalib. ante beatas illas (sidiis placet) nuprias, de quib. totū theatrum personat, in Rugia poslederit, vnde ipse honeste, ac liberaliter, secundū suum statū, vivere, & quorū ratione, alterius nobilis filiam, cū amplissima & longe hac fœliciore dote, in matrimoniu cōsequi potuisse, omnib., qui in ea insula habitant, nobilib. atq; plebēis, atq; etiam ipsi aduersariis notum est. Et probari potest testimonis literarū, quod illust. Princeps, ac Dominus, Dn. Bugislanus, piæ, sc̄lēcīs ac gloriōsē recordationis Dux Stettin. ac Pomeraniæ, &c. huius nostri Clementissimi Domini aūus, dictum patrem appellatorum, in feudis suis paternis, atque antiquis, clementer atque gratio- se inuestiuit.

Quod porro aīunt, illa bona feudalia ēre alieno fuisse grauata, illud primo pbandum est: deinde, vt illis concedatur, à maiorib. suis aliqua debita contracta fuisse, certe illa tanta fuisse negantur, vt propter persolutions & satisfactionē illorum, externa dote opus fuerit: sicut in aperto est, illa debita, ex redditibus illorum feudorum, persoluta fuisse.

Viterius, q; ab aduersariis, quartundam domū, ac pagorum mentio fit, patrum ad rem facit. Primū n. virtute statuti, & eorum, quæ infra adhuc adferentur, ipse defunctus hæc in hereditatem accipere potuit. Quia vero, ab eodem fratre defuncto primē vendita, atque consumpta fuerunt, etiam q; appellāns contra fratrem actionem, ratione illorū bonorum, habere potest, tamen illa, cum iam ei, vt heres succedat, confusione tā perempta esset, l. can secundum voluntatem. C. de fideic. l. debitori. C. de pacis. l. non imponenda. C. ad l. Falci. l. vt debitum. C. de hered. act. Maxime cum totam eius hereditatem in allodialibus sibi vendicet.

Quod autem pagus, qui Mentzelin vocatur, quē inter cæteros etiam vendidit defunctus, prout hodie ab appellatis pignoris iure possidetur, ex appellantis materna hereditate redempt⁹ sit, id vero se- rior mater appellatorū negat, & pbari potest, quod ille pagis, ex pecunia, in secundo matrimonio q; intercessit inter defuncti patrē, & appellatorū matrē, acquisita à defuncto, antea distracto, pignoratio iure, iterum ad appellatos peruenierit.

Aduersarius appellans, omnes modestiæ, ac vere-

cundiq; terminos prætergrediens, super hæc omnia, postulat duo millia aureorū, quæ mater appellatorū, cum ad secundas nuptias transiret, filiis suis supra feuda paterna dedit, afferens illa quoq; sibi deberi. Sed perbellè facit homo festius, q; iuxta cōmune prouerbium, iniquum petit, vt æquū auferat. Non autem dubitant appellati, quam plura adhuc improbe petiturus esset, si quid ipsis ultra in rerum natura superesset, arg. c. qui semel malus. de reg. iur. in 6.

Quod autem illorum petitio incivilis, ac impia sit, dicunt & affirmant appellatorum curatores, hanc pecuniam, durante matrimonio parentū suorum, acquisitam, & illis inter alia bona immobilia, pro hereditate paterna, ac materna datam, quicquid aduersarius, atq; eius instigator gener, contra ius, & conscientiam blaterent.

Et contra omnia nugamenta appellantis, dicunt vlerius, ac affirmant curatores appellatorū, quod dicta bona litigiosa creuerint, conseruata, & aucta sint, per ea quæ à patre profecta fuerunt, & quod non minorem à patre, quam à matre hereditatem defunctus accepert. Et quod merito illi minores, contra iniquam patris, inter se & fratrē defunctū factam diuisionē quæti possent. Nam cōstat, quod pater in omnib. suis bonis, tam feudalib. q; aliis immobiliib. & pecunia numerata, ter tantum dederit vni filio iam defuncto, quam his duobus viuentib. iam appellatis. Et quod per multos annos, ante diuisionē illam factam, idem defunctus omnes redditus honorū feudalium ad se receperit, nec vñq; in collationē attulerit. Deniq; mater appellatorū insufficienter pbare potest, q; longe plus ultra istam iniquā feudorum partitionē p̄fatus defunctus à patre suo accepert, quam appellans in bonis matris & cuiā fuisse affirmare audet. Proinde conclu- ditur, bona litigiosa, tam ratione statuti, quam accepit paternæ hereditatis, non minus pfectitia, q; materna esse, & cum litigantes pares sint gradu ad defunctum, quod secundum æquissimam Senat. Tanglimensis sententiam, in capita diuisione fieri debeat. Vlerius, ac supra hæc omnia, pro parte minorum & appellatorum asserit, quod ab eo tem- pore, quo post mortem patris, ipsi appellanti su- per omni actione legitima, quam ad hereditatem parentum suorum habere poterat, satisfactum fu- it, mater ipsius, cum duobus adhuc viris successiue matrimonia contraxit. Atque in secundo matrimoni liberos peperit, & sic ipse appellans, vigo- re nostri statuti, nullum regressum ad bona ma- terna habuit. Illis filiis postea cum marito mortuis, successit mater in omnibus bonis, etiam ratio- ne dicti statuti, atq; consuetudinis. Antequam au- tem mater ad tertias nuptias transiret, denuo com- positionē cum dicto appellante fecit, atq; ei ultra priorem transaktionem, & statuti voluntatē, mul- ta liberaliter donauit, quibus acceptis ille denuo renunciationē iuris sui, quod tum (vti deducum est) habere non potuit, ad dicta materna bona fe- cit. Et si habuisset, vigore istius renunciationis, perdidisset, iuxta l. in conscribendo. C. de pacis, eum si- milib.

Insuper antequam mortem obiit, mater con- dito solemnitate testamento eidem appellanti non parui precii legata reliquit, quæ accepit, & matris voluntatem approbavit.

Præterea, ante eiusdem matris obitum, cum defunctus a suo patre emaciparetur, atque maternam hereditatem solenniter acciperet, coram, & præsens fuit appellans isti compositioni, nec solù hanc diuisionem, tanquam sibi præjudiciale oppugnauit, sed tanq; legitimam, subscriptione sua, & testimonia approbavit. Postea cu eidem defuncto, cu pater ad secundas nuptias animum adieceret, & paterna hereditas traderetur, idem appellans interfuit, & omnia quæ siebant, tanquam legitima, & æqua, sigillauit, & apptobauit. Postmodum pater defuncti mortuo, cum Nouera defuncti ad secunda vota iret, appellatis sua bona paterna, & materna distribueret ( cui compositioni illustrissimi nostri Principis consiliarii de speciali mandato ipsius Clementissimi Domini nostri interfuerunt ) ne tum quidem verbum fecit. Omitto iam, quod in ipsa matrimonii, & doris celebrazione inter defunctum, atque eius uxores, similiter rebus humanis exemptas, semper ipse, ut veterinus frater, contractui adhibitus fuit, & quod illa bona ad defunctum fratrem pertinenter, affirmauit, sigillauit, & subscriptis.

Postremo, quamquam ab illo die, quo suus pater vita functus est, & subsequenter eo tempore, quo ei de omnibus illis bonis, quæ tam à matre quam à patre, ratione æquitatis, & statuti sperare poterat, satisfactum est, sexaginta annorum spaciū effluxerit, audet tamen ( si diis placet ) sui generi, & aduocati importuna instigatione concitatus, de petitione hereditatis maternæ mentionem facere. Quod quam faciat inciuliter, nulli non apparet.

**30** Et primum, quia certum est diuisionem in iure ciuili transactioni æquiparari, ut nos, gl. in l. tres fratres, ff. de pactis. Bart. & Dd. in l. qui Roma. §. duos fratres, ff. de verb. oblig. quia per diuisionem tollitur occasio discordiarum, sicut per transactionem. l. cum pater. §. dulcissimi. ff. de leg. 2. & ideo dicit tex. in d. §. duo fratres, quasi de hoc quoq; transactū esset: quia hæc diuisio videatur facta per viam transactionis.

Cōstat autē actiones, per legitimam transactiōnem, bona fide initam, soperitas, noua querela resūscitari non debere, l. cum mota. l. non minorem, & quæ per tot. tit. C. de transact. Imo ne quidem per referuntū principis causa transactione finita instaurari debet, l. causas. eod. tit. Nullus n. esset futurus litium finis, si à transactionib. bona fide interpositis, cōperit facile descendit, l. fratrib. C. eod. tit.

**39** Quemadmodū igitur à transactione, est nisi dolus, aut metus in tressissime probetur, recedere licitum non est, l. interpositas eo. tit. Ita etiam à diuisione solentiter facta, nisi metus, aut enormitas deceptionis proberet, recedere licitum non erit. Nā quod in æquiparatis à iure in uno staruitur, & in altero statuum esse debet, c. translato. & ibi Abb. Pator. de constit. l. qui neg. C. de rob. eorum. gl. & Dd. in l. si quæ persuaserit. C. de furtis.

Quod autem ad illam diuisionē, non vi, nec dolore inductus fuerit patet, quia in libera ciuitate, atq; inter amicos facta fuit, & quæ ratio metus præsumptionem excludit. l. si in princ. ff. de eo quod met. caus. l. transact. quæ dominij. C. de transact. Dolus autem præsumti non facit statutum, quod iubet ante secundas nuptias parentum, diuisionem inter ipsos, & liberos primi matrimonii, faciendam. Deinde paren-

tis persona, contra quam nihil sinistre temere presumi debet Bald. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. l. si vñquam. C. de reuoc. donat, & tam diu dolum allegare inutile est, quo ad ex insidiis manifestis probatus sit. l. dolum. C. de dol. mal. & etiā intercessisset, † hodie eius actio, biénio perempta, instanti nō posset. l. si. C. es. Ac si enormiter in diuisione læsus fuisset, contra l. maioribus. C. communia viriusque iudicij, adhuc triginta annorum lapsu omnis actio sublata esset. l. sicut. C. de præscr. 30. annorum Dd. in l. ij. C. de rescind. vend. Canon. in c. cum dilecti. & c. cum causa. extra de empt. & vend.

Nec ad rem facit, q; dici solet, † diuisionem futuros casus non cōprehendere. l. cum pater. §. hereditatem. ff. de leg. 1. atq; eum qui diuidit, etiam refutando non censerit ius futurum refutare, sed solum illud, quod est in præsenti liquidum, & quod contra naturam refutationis sit, q; extendatur ad futura. l. si ita. §. si sub conditione. ff. de lega. 2. & l. Pau. respondit. §. l. de bon. lib. & not. in l. fin. C. de bon. lib. & l. i. C. de pacis per Bald. in c. 1. epistola Lotharij, vel Eug. in l. colum.

Respondeatur n. quod quo ad hunc nostrū præsentem casum, propter rationem statuti, tantum illud ius reseratum fuerit, quod sibi competere potuissest, matre in secundo matrimonio absq; liberis mortua, quod quoniam per interuentū propriis sublatum fuit, amplius nullum est.

Vnde liquido appetet, quod illa de petitione hereditatis facta mēcio, quamq; extra rem, & per trāsuestrum inferatur, ad oppugnandum statutū, & inde latam sententiam, parui momenti fuit. Et constat vñterius, quod illa tam diuturna patientia & taciturnitas multum ei obsit, cum per eam consensus † præsummatut iuxta cap. 6. qui taceat. de regu. iur. in 6. 48 Nec obstat in contrarium adducta exceptio, quod dicta regula in causis parui momenti locum habeat, non autem magni præjudicil. Primo, quia hoc procedit quando semel, aut iterum in duobus actibus taceat, non autem quando in pluribus, & diverso tempore, & nimium diu. Quia diuturna scientia & patientia, cum taciturnitate, inducit consensum. Imo fortis idem operatur, q; expressus cōsensus. Ita no. tenet Bald. in l. si filius. per illum tex. C. de pet. hered. Ang. l. qui aliena. in prin. per illum tex. & ibidem Moder. ff. de acq. hered. Alexan. in l. 2. §. voluntatem. in 1. col. ad finem. ff. solut. mat. Iason qui hosce citat, in l. que doris in 13. col. ff. to. tit.

Secundo, si vocatus ad actum, ut approbet, vel improbet, & sic ut consentiat, vel cōtradicat, si est præsens & taceat, videtur consentire, quando actus est sibi præjudicialis. Inno. in c. 1. de his quæ sunt à maiore par. c. quæ sequitur Ab. in c. 2. in 2. col. de his quæ sunt à præla. sine cons. capituli & in c. vestra. ad si. de loca. ut in c. si. in 3. col. de feris. D. Ant. de But. in c. cum omnes. in 8. col. & in c. quæ in ecclesiastarum, vlt. col. de consi. Alex. & Ias. in d. l. quæ doris, & quod autem appellans ad predictos actus adscitus fuerit, ut consensum suū adhiberet patet, quia frater veterinus fuit, & qui, defuncti nomine, testimoniū suum ad omnes actus adiungere secundum cōsuetudinē necesse habuit.

Tertio, & hoc iuris est, q; quando vñtra taciturnitatē interuenit aliquis actus positivus, tunca tacens semper habetur p consentiente, secundū Abbatē in c. virum. in 3. not. de regu. & probat text. in cle. 1. de procurat, ex quo text. Panor. in c. non iniuste, in pen. col. in prin. dicit se sumere Theoricam, q; vbi tractatur de præiu-

præjudicio alicuius, si ultra taciturnitatem facit aliquem actum, qui videtur venire ad confirmationem eius quod agitur, tunc videtur semper in sui præjudicium consentire, & ita secundum eum, non Bart. in l. quo enim. §. i. ff. rem ratam hab. Ex quibus sequitur, † quod subscriptens se censemur confirmare: quia ultra taciturnitatē interuenit actus subscriptionis, ut est text. in l. fidei usq. §. i. in fin. ff. de pignor. & in l. sicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. facit text. in c. si quis presbyterorum. in verb. subscripsit. & ibi glossa. de reb. eccl. non alien. ut late per Bart. Alexan. & Ias. in d. l. qua dotū, idem dicendum in signante. l. 2. cum gloss. & ibi Bald. C. de reb. Eccl. non alien. Bart. hic in fine Canon. in c. post cessionem. de probat. & in c. 2. de fidei instrum. cum concord. per d. Alex. in d. l. qua dotū, citatis.

Cum itaque appellans ad omnia instrumenta transactionum, & diuisionum, tanquam testis, & confirmator, subscriptō & signando accesserit, certe dubium non est, quin consenserit. Nec potest allegare, quod propter personarum reuerentiam, aut quia nihil profuisse eius dissensus, tacuerit, de quo per Bart. & Dd. in d. l. qua dotū, quia vitius erat, frater viterinus erat, qui transigebant, ipse autem legitimā aetatis, & agebatur de graui præjudicio.

Postremo, si se cohæredem ad materna bona tum putabat, cur non intra præscriptum à iure ciuili tempus eam hereditatem adiuit, tot. titul. C. de iure delib. Longissimi enim temporis taciturnitate etiam animo hereditas non aditur, ut patet ad sensum communem, atque ut supra relatum est, ipse per actus aditioni contrarios, hæreditatē tum repudiauit.

Verū uti hereditatis petitio cum libello applicationis, qua sentētia senatus ac ius Lubecensium oppugnatur, nihil habet cōmūne: ita de illa plura verba facere operę precium non est.

Concluditur ergo, quod bona litigiosa, tam profectitia, quam materna sunt, quodque secundum ius Lubecensium, quod in hisce maritimis ciuitatibus Saxonie seruatur, & secundum sententiam à Decurionibus ciuitatis Tanglinensis latam, diuisio in capita, non in stirpes facienda sit: nisi appellans planum facere possit, defunctum, post acceptam parentum suorum hæreditatem, alia & singularia bona aduentitia, aut etiam Castreria, vel quā lucrificisse.

Restat igitur, ut ad præjudicium partium, quod extra subsellia iudicii in vulgo spargunt, quo & quid illustrissimo Domino nostro pronuncianum sit, præscribunt, & sibi victoriā cause pollentur, respondeamus. Aiunt enim, in proximo consistorio sentētia m̄ latam, qua hæc cōtrouersia tantum non sit decisa, & ius Lubecensiū in totum sublatum. In qua ratiocinatione, tam in facto, quā in iure hallucinantur. Primum enim constat, casum de successione patris, atq; eius ratione, nouercæ, & filiorum, in bona vnius filiorū præmortui, cum hoc nostro; vbi inter vterinos, & consanguineos solos contentio est, super frattis defuncti hæritate, vbi nulla ascendentium persona interuenit: nihil commune habere à dissimilibus, igitur argumentatio illa non procedit.

Similitudine concessa, adhuc aduersariorum 45 opinio non procedit. Legibus enim, non † exem-

plis est iudicandum. l. nemo. C. de sent. & interloc. omni iud. l. nec in simili. C. quibus res iudicata non necet. l. sed licet. ff. de off. pref. Multo minus sequitur, quod per illam sententiam ius Lubecensium sublatum sit. Illa enim sententia omnino cum dispositione statutorum Lubecensium concordat, cuius verba supra in princ. relata sunt.

Porrò, quod clementiss. Dominus noster, statuta de quibus actum est, tollere, sine dedecore, ac magna confusione, & perturbatione Reip. nō posset, patet: Primo, quia quod maiorum suorum pacta, & promissiones, deinde suam confirmationem, & fidem frangeret: id quod contra proprium iuramentum appellans inciviliter vrget. Deinde, cum in omnibus ferè ciuitatibus sua celsitudini subiectis, ratione dictæ consuetudinis, & statuti, bona sua ciues implicata habeant, apparet publicum statum per iuris municipalis immutationem, lēsum iri. Quod autem hæc statuta, & consuetudines, quo ad hunc casum nostræ disceptationis, iusta, & qua, ac rationabilia sint, supra copiose, ac dilucide ostensum est.

Quamobrem etiam, fine iuris positivū lēsione, sua cels. hæc tollere nō posset: cum iura singularia rationabilia, & præscripta, ipso iure ciuili confirmantur, d. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. d. l. de quib. ff. de ll. & d. l. l. circa fin. C. qua sit longa consuet. Et exstat prudentissimum dictum Diui Augustini, ipsam consuetudinis immutationem, etiam qua utilitate adiuvat, nouitate tamen perturbare. Ad quod ea faciunt, † quæ de iniuritate statuti arque consuetudinis toleranda tradunt, & not. Alexand. de Imola, in l. 1. ff. quod quisque iuris. Bald. in titul. de pace constant. in 9. colum. versic. in criminalibus, qui allegat Io. And. in c. fin. de appell. in nouel. ac gloss. Bald. in c. in ecclesiarum. de constit. vbi tradit, statuta & consuetudines, etiam in foro conscientiæ, seruanda. Postremo, etiamsi per dictam sententiam, quicquā iuri municipalis derogatum esset, quod tamen non est, nec fieri potuit, per supra allegata, certè id ad futuros tantum casus, non etiam pendentes, aut præteritas causas, esset referendum, iuxta text. in auth. ut cum de appell. cognosc. in princ. cum concord. ibi per gloss. & Bart. addit. col. 8. c. cognoscentes, & c. fin. de constit.

Sperant autem appellati, clementissimum Dominum nostrum, aduersariorum inepto præjudicio contempto, & ex argumentis, ac rationibus in scriptis Aduocatorum suorum, atque hic latè tractatis, sententiam Decurtonum, secundum dicta statuta, & consuetudines promulgatam, (ut iudicem Appellationis decer) ex eodem iure iustificaturum, & comprobaturum, nec id pronunciaturum, quod in vniuersum omnium suorum subditorum animos, atque fortunas conturbare possit.

Vlra hæc omnia, quæ in iudicium fuerunt deducta, supersunt adhuc duæ quæstiones in litis ingressu agitata: In secunda autem instantia per appellantem nō repetitæ. Quia vero præfatus appellans, in consilio quodam iuris, q̄ iudicialiter proposuit, harū decisionē attulisse dicitur, operę premium erit, & illas appellatorū nomine examinare.

Prima est; Quia defunctus æs alienum post se reliquit, ex quibus id bonis, feudalibus nè, an aliis persolui debeat?

Secunda, ad quem arma, & res expeditioriae defuncti, id est, der hergeweit/ pertineant, ad consanguineos vel vteriuin?

Quod ad primam quæstionem attinet, contendunt aduersarii, defunctum debitum quoddam in Rugia contraxisse, & hoc ipso bona sua feudalia grauasse. Quod ipsum appellati, & factum esse, & fieri potuisse, negant. Fatentur quidem ipsum defunctum certam pecuniam summam ab Agnato suo accepisse mutuo, non tamen ob id bona sua 47 feudalia obligata fuisse. † Cum id citra Domini, ac proximorum agnatorum, hoc est, ipsorum appellatorum consensum, fieri nequaquam potuisse, iuxta iura vulgata in cap. Imperiale, de prohib. feudi alien. per Frid. & de prohibita feudi alienatione per Loth. cum similib.

Quod autem, nec Dominus feudi, nec ipsi fratres consanguinei in ullam obligationem consenserint, sed potius dicti Appellati, si hoc defunctus (vti moliti iudicabatur) tentasset, aperte de iure suo contra tale factum protestati sint, certò certius est, & potest, quandocunq; necessitas exegrit, liquido probari.

Porro quanquam iure cautum sit, quod in quaque 48 cunque prohibitione † alienationis, non intelligatur alienatio, quæ sit ex causa necessaria, propter debitum alienationes. ff. fam. ercisc. & text. in l. i. ff. de fundo dot. text. in l. peto. §. predium. & ibi Bart. & in l. vnum ex familia. §. quod si talia verba. ff. de leg. i. Hoc tamen fallit, quando adiungit alia bona, quæ possunt vendi pro satisfactione creditorum hereditariorum. Ita est textus not. & ibi Bartol. not. in l. pater filium. in fin. pinc. ff. de leg. 3. Raph. Cum. in d. l. peto. §. predium. Quod maxime locum habet in bonis feudalibus.

Nam quod dici solet, illa capi posse pro soluendis debitis vasalli: † Hoc procedit in subsidium, deficientibus aliis bonis ipsius vasalli. Ita sing. dicunt Bart. & Dd. in l. si finita. §. si de vestigalib. ff. de damno inf. D. Ias. in Reper. §. Dui in. S. & vlt. net. l. filius familias ff. de leg. i. Et ratio est, quia in generali obligatione bonorum, non veniunt feudalia. c. i. §. in generali. in tit. si defendo def. fue. contr. & est tex. egius in c. vnico. An agnatus vel filius defuncti posse ret. feud. reput. hered.

Ad secundam quæstionem, ad quem scilicet arma & res expeditioriae defuncti pertineant, dubium non est, quin ad proximum agnatum. Ita videtur & dominus consulens partis aduersæ decidisse, & quantum ad iura, & consuetudines Saxoniæ atinet, textus est art. 27. Landt. lib. i. cum multis similibus concord. Cumque hic punctus parum habeat dubii, maximè cum defunctus vir fuerit militaris, & sine villa controversia eius arma, & res expeditioriae, ad agnatos pertineant.

Præterea etiam appellati probare possunt, ilia ipsa arma non à matre, sed patre profecta esse, & defunctum patrem illorum ex appellatorum ædibus precario, post mortem patris, sumptuisse. Ideo non opus est magna disputatione: sed tota res relinquitur arbitrio iudicantis.

NB.

50 Post multas in † hoc consilio, aliasque allegatas rationes (quæ huc referre nimis longum foret) Dominus Referens Cameralis ita concludit,

Non obstantibus argumentis actoris, conclude malè appellatum, bene iudicatum, cum expensis. Anno 1569.

### CLASSIS V.

#### DE CARCERE ET CARCERATIS.

Ad §. 2. Asinii, à capit. I. usque ad 22.

#### Votum Primum.

De carcerato, & damno ei ex inearcatione obueniente.

In causa

G. S. V. W.

Contra

Bürgermeister/ Rath/ vnd Schepffen  
der Statt H.

Mense April. Anno 1544.

#### SUMMARIA.

- 1 Actio in iniuriarum & l. Aquilia, cumulantur, & num. 3.
- 2 Damni occasionem dans damnum dare videtur.
- 4 Ecclesiasticus carceris pœnam imponere potest.
- 5 Carcerans iniustè iniuriarum tenetur.
- 6 Damnum sua culpa sentiens sentire non videtur.
- 7 Via tres contra criminosos procedendi.
- 8 Nemo incarcерandus sine causa.
- 9 Incarceratus etiamsi promisit, tamen non tenetur redire ad carcerem.
- 10 In criminalibus sine mora exequendum.
- 11 Bonus quilibet presumitur.
- 12 Iuramentum quando damnum passo iniungendum?

Derelatione captiui, & damno incarcерati, & iniuriæ per carcerationem illatæ æstimatione.

In causa

G. S. V. W.

Contra

Bürgermeister/ Rath/ vnd Schepffen  
der Statt H.

Die Veneris 4. April. Anno 1544.

Q Via in hac causa eram correferens, & mihi ante alios votandum esset, sic summarie & breuiter votum concipiebam. Es hat der Actor S. (vt ex attestacionibus patet) per primum, & secundum testem, allein probiceret / quod libri venales, & equus vectorius ipsi fuerit ablatus, iussu Señatus §ii H. At de pecunia, puta 30. florenis, vt in 3. articulo, ist gar nichts probiceret / so ist auch captiuitas actoris, genugsam per testes probiceret / vnd bewiesen/licet de tortura, & tempore, parum aut nihil, nisi præsumptive constet: Dann daß er lange zeit gefangen gewesen / erscheinet wol / quod interea libri sru & carie consumpti perierunt. In summa probatum est, von den entwerten Bücheren / vnd Pferde / durch denen von H. vnd von der Gesangnuß / & per consequens, de secundo damno librorum, & infamia, iniuriaque terti

terris carceris: Quorum omnium dictus magistratus von H. causam, & occasionem dedit. iam vero occasionem damni, & iniuriae dans, ipse fecisse censetur iuribus vulgatis. Vnde merito, contra ciuitatem H. præsens lis est instituta, &c. Diuido votum meum in aliquot puncta:

1 Videndum igitur in primis, qua actione sit actum.

2 Deinde, an actio actoris in facto, & iure fundata.

3 Quid veniat pronunciandum in hac causa. Nam de Reorum defensionibus nihil attinet dicere, cum contumaciter absuerint.

1 Quo ad primum, videtur actum partim actione iniuriarum, & partim l. Aquilæ, ex tertio capitulo, videlicet ad affirmationem, & valorem damni dati, §. tertio capite. Inst. de l. Aquilia. l. si suis seruus. §. tertio autem capite. ff. eodem. Et quia actor hic agit contra Senatum H. eo quod occasionem maloris damni dederit, ut patet ex captiuitate. Puto propriè hic actum esse utili actione legis Aquilæ. Nam qui occasionem damni præstiterit, damnum 2 dedisse videtur & l. qui occidit §. in hac quoq. ff. eod. scil. ad l. Aquil. o. fin. extr. de iniur. notat Goffred. in libellis, de actione in factum subsidiaria legis Aquilia & de utili actione l. Aquil. fol. mibi. 7.

3 Et quidem actio iniuriarum & cumulari potest cum actione legis Aquilæ, cum dicat Speculator in tit. de iniur. & damno dat. §. l. versic. final. quod si de de atroci iniuria actum fuerit actione iniuriarum, poterit nihilominus agi Aquiliana, ad damnum, & è conuerso. Item apud. §. si quis verberato. ff. eod. Et que alia æstimatio iniuriae, seu contumeliae, & alia damni. l. sed et si quem. §. iniuriam ff. eod. Ut nō in merito actor hic æstimet, tum damnum, tum iniuriam, ut patet in conclusione petitionis articulatae.

2 Videamus de secundo punto; an in facto probata sit hæc actio, seu intentio actoris: Et certè ex depositionibus primi, & secundi testis, circa tertium articulum, tum & aliorum testimoniis, circa alios articulos, satis probatum est, damnum ratione captiuitatis, actori illatū, tum etiam de iniuriosa infamia secura. Et idcirco de iure etiam competens, & relevans est predicta actio utilis l. Aquilæ simul, & iniuriarum, per ea quæ supra in primo punto adducuntur.

3 Progrediendo igitur ad tertium & ultimum punctum; quid scilicet, & qualiter pronunciandū sit, præmitto breuiter, q. licet iudex Ecclesiasticus perpetuā, & temporalē carceris pœnam & imponere possit, c. quamvis de penit. lib. 6. tamē de iure nostro ciuili, secus est; quia carcer ad continentos nō puniendos homines, haberi debet. l. aut damnum. §. solent ff. de penit. Qui amobrem si iudex aliquem carceri mancipari, quem nō debet (puta propter innocentia personæ, vel amplas facultates, vel honorem, iuxta l. i. ff. de custod. reor. vbi huiusmodi circumstantiarum ratio habenda præcipitur,) potest 4 contra talern iudicem & iniuriarum agi. l. nec magistratibus ff. de iniuris. Nec magistratibus licet aliquid iniurioso facere, inquit ibi IC. Alioqui iniuriarum couenit potest, ut ibi. Verum, quando aliquid sit, ex causa Reipubl. secundum bonos mores, tunc etiam si id ad contumeliam alicuius pertineat, tamen propterea actione iniuriarum non

tenebitur magistratus, tex. est pulcher & elegans, in l. quod Republica ff. eod. de iniuris.

Ad propositum igitur nostrum, constat ex aetatis, quod magistratus H. istum actorem cuperit, & carceri incluserit. At quo lute, seu qua iniuria id factum sit, nondum constat. nisi quod unus testimoniis nempe primus, ad tertium articulum dicat, Wie daß ein Ersamer Raht zu H. dem actori verbotten/ L. Bücher zu verkauffen: Nun wehe aber solch vbelthat/ meines bedünckens/ genug samb/ per ablationem librorum venalium, & qui vectorii gestraffet / eo quod actor fortè non paruerit mandato magistratus H. Et sic sibi imputet. Quia damnum, quod quis & sua culpa sentit, & sentire non videtur. l. quod quis, ff. de reg. iur. e. damnum eod. tit. in sexto. So viel aber den Todschlag betreffen thut/ ist gar nit am tage dan allein hominum rumor, ex dicta captiuitate, & diffamatione senatus H. ortus est: Et sic consequenter damnum prædictorum librorum. Ad quod resarcendum dis von H. billich zu verdamme/ cum vt supra dictum, occasionem damni præstiterint. So ist auch solch homicidium, nec per probationem, nec per toturas gefunden/ vnd wahr gemacht/ sonstien wehre der Gefangener so lange zeit nit blieben/ als nemlich 14. Jahr/meines behaltens/ dieweil dann quilibet præsumitur bonus & innocens, nisi probetur contrarium. So deucht mich/ quod ex sola suspicione, male, & de facto, id est thäglich/ contra huc actoris actum fit. Cum etiā sine præiuis sufficientibus indiciis, non sit ad questiones, seu torturam deuenienti, iuribus vulg. So haben wir aber in iure nostro, tres vias, seu modos procedendi contra criminosem, & scilicet accusationis, denunciationis, & inquisitionis, additur & via exceptionis. Und hetten die von H. durch deren weg einen / gegen vnd wider den Kläger Rechlich procedieren mögen/ vnd nit also bald thäglich handelē sollen. Et idcirco dictus magistratus non videtur mihi omnino esse sine culpa, que culpa etiam, per contumaciam, insuper augetur. So kan ich die von H. dis orths nit so gar entschuldigen. Cū igitur de iure nemo sine § causa incarcatur. Bart. l. I. C. qui bon. ced. poss. Ideoque dictus magistratus iniuriarum teneatur. d. l. nec magistratibus ff. de iniuris. Zu dette daß die von H. contumaciter, durch ihren Procuratoren, seu Syndicum nit erscheinen/ kan ich dießfals nit vmb gehen/ Ich muß sie neben dem schaden der Bücher/ quia eius damni occasionem præstiterunt, ut infra, in eine ansehnliche Geldstrafe dem actori verdammen/ videlicet, propter iniustam incarcerationem, & infamiam interrogatam, &c. Et pro confirmatione huius meæ sententiae, licet non sit exemplis, sed legibus iudicadum: Doch bin ich noch eingedencklich/wie ich vor eslich Jahren gehört/ daß die Statt Cöln/hie am Ray Cammergerichte/ in simili casu in eine summa Geldes vordammet worden/ propter iniustæ incarcerationis iniuriam cuidam ciui Coloniensi illatam, weiß nit ob deme so sey/möchte man auf dem Prothocoll befinden/ in causa(ni fallor) Peter Quentell/cörra die Statt Cölln/ Norat Baro à Tautenberg/ olim huius Cöfistorii assessor, in suis conclusionib. conclus. 98. Et quo ad formam sententiae in hac causa concipiendæ, möchte man auf dem Gerichtlichen Prothocollo in der gemelten Sachen/die Form abneh-

men/oder sonst sententiam, pro qualitate huivs  
cautz, concipieren, will mich dieses orts bald mit  
meinen Herren vergleichen/ & ita quidem ego sen-  
tio, salvo suo cuiusque iudicio meliori, & æ-  
quiori.

Portò incarcertatus iniuste, potest, data oport-  
tunitate, aufugere, imò si iurauit se redditum ad  
9 carcerem, non propterea tenetur redire, t̄ præ-  
sertim, si carcer sit iniurious, glolla notabilis, in  
item, pastoralis, de re iudic. in verb. per violentiam. Un-  
de si actor in hac causa aufugit elapsus ex carcere,  
non propterea presumi potest suspectus, eo,  
quod de iniusta incarceratione conqueratur. Et  
est verisimile, quod facta negligentia, seu potius  
connivenzia custodum carceris, seu commenta-  
riensis, actor aufugerit, cum si forte reus incal-  
pat homicidii inuentus, & conuictus fuisset, mi-  
nimè tot annis foret custoditus, & asseruatus, sed  
quam primum ultimo, & debito supplicio affe-  
ctus, daraus dann / pro innocentia actoris, eine  
grosse vermutung vñnd presumption bey mir ist.  
Dann so er des vfferlegten Todeschlages schuldig  
gewesen / hette man jhne so lange zeit gefänglich  
nit behalten/ sonderin contra conuictum reum als  
bald procedieret; Cum ad exequendam contra  
10 noxios & conuictos iusticiam t̄ nulla mora esse  
debeat, solches zum Rechte gezogen; quia expedit  
Reip. ne crima maneat impunira, & præ-  
sidis prouincie, scilicet Arch'episcopi Colon. est,  
prouinciam, malis hominibus purgare, iurib. vul-  
gatis. Contra Archipræsulem Colon. in hac cau-  
la pronunciare nihil possumus, cum ab actore ni-  
hil eiusmodi petatur, Nec Archiepiscopus in lite  
sit, sed solum die Statt H. qua ciuitas, non so-  
lum actori iniuriā facere c̄pit, imo fecit, sed etiā  
maioris quoq; grauiorisq; deinceps iniuriā, & in-  
famia, nec nō damni inde securi, occasionem dé-  
dit: Ut sic sola teneatur, iuribus ac rationib. supra al-  
legatis. Sonst hette der Kläger / des Bischoffes zu  
Cöln halber / kein not gehabt / were auch vnuer-  
schulter fachen/ vñ solches der beklagten Statt H.  
bloßes angeben/ nit angenommen/verwahret/ vñd  
viel weniger gefoltert.

So kan ich der Statt H. niches zu gute vñd  
fürtheil erkennen / cum ad hoc ipso iū factum,  
etiam accedit cu'pa contumaciam eorundem von  
H. vt infra deducatur. Iam vero, ob contumaci-  
am partis, solemus vel ad bannum procedere:  
Multo magis igitur, actoris petitioni conformi-  
ter, in contumaciam reorum hic fuerit pronun-  
ciandum, & ludicādum. Supra dixi de damno oc-  
casionato per magistratum H. de quo tamen, dum  
causam altius intueor, non nihil dubito, Eo quod  
præsens Actor, etiam incarcertatus, potuisset per  
alios efficere, ne libri situ, squatore, & carie inter-  
rim perirent. Er hette die Bücher könne lassen an-  
schlagen/vñ sonst vertreiben/ damit sie nit also ver-  
legen würden / vnde quodammodo sibi imputet  
secutum damnum, non magistratui, qui solum ea-  
cipitatis ob homicidii suspicionem, præstitit oc-  
casione.

Cum secundum petitionem actoris sit pro-  
nunciandum, ne plus vel minus pronuncietur,  
quam petitum est; qua esset magna deformitas,  
So befindet ich / daß der Eläger drey dinge gebe-  
sen hab.

1. Erßlich zu erkennen / das Rei, die erwehnete  
Bücher/Gelt/vnd Pferd/oder valorem eorum, zu  
geben schuldich.

2. Zum anderen / d̄ s̄ den Reis nit gesime / den  
Actorem bey dem Erzbischoffen zu Cölln also zu  
beschreyen/darfür er dann zwey tausent Floren/ial-  
ua iudicis taxa begert.

3. Zum dritten / Dass die Rei auch schuldig / A-  
ctori valorem trium vasorum libratorum, so er  
vñ dreyhundert Floren schäget/ wiederumb zu er-  
stattan/ alles cum refusione expensatum, & in-  
teresse,

Quoad primam petitionem; quia ea probata  
est, excepta pecunia, müßt ich darnach erkennen/  
allein lieget mir der Scrupulus im wege / ob der A-  
ctor solche Bücher versallen / ob edictum non  
vendendorum librorum L. De quo tamen, nisi  
per vnum testem, de auditu, solum constat.

Quoad secundam, kan ich nit erkennen/quianis  
hil probatum.

Quoad tertiam partem, kan ich auch nit erken-  
nen / cum etiam incarcertatus potuisset illud da-  
num per alios euirare, vt infra. Volo autem  
reos condemnare in expensis, propter contuma-  
ciam eorum.

### Votum. Doct. N.

Accumulatae tres actiones, 1. Vi bonorum ra-  
ptorum in rebus mobilibus. 2. Ex tercio capite le-  
gis Aquiliæ. 3. Intentata iniuriarum, verbalium,  
& realium; Et possunt cumulari prædictæ actio-  
nes, Prima actio ad restitutionem rerum ablata-  
rum. 2. ad damnum datum, 3. ad æstimationem  
iniuriaz.

Probauit, quod libri ablati, & equus, de pecu-  
nia non constat, & idcirco condemnandos reos.  
De iniuria probauit etiam intentum suum; Quia  
quilibet præsumitur bonus, nisi probetur contrari-  
um. t̄ l. quod Reipubl. ff. de iniuria. Quod magistratus  
non tenetur de iniuria; sed tamen iure magistra-  
tus non fecit, neglecto ordine iuris, imò contra  
magistratum præsumitur, nisi obstaret præsum-  
ptio in contrarium, scil. de edicto non venden-  
dorum librorum L. Concludit quod rei conde-  
mnandi, quo ad libros, & equum, & quod ex ini-  
uria teneantur.

Doct. I. Quia causa perplexa, nescit quid pro-  
nunciandum sit, putat deferendum t̄ iuramen  
tum actori.

D.G. Quia sumus in probatione, volo missas fa-  
cere præsumptiones; probauit enim ablatos libros,  
& equum. Et probauit se probum virum, idcirco  
non de buisse diffamari.

Quo ad alia capita petitionis, duco reos absolu-  
undos, quia nihil probatum.

Condemno reos in expensis, ob contumaciam:  
Iudicis esse secundum allegata & probata iudica-  
te, & à probationibus non esse ad præsumptiones  
configendum.

Will mich/ pro æstimatione iniuriaz, & expen-  
sarum taxa mit meinen Herren vergleichen.

D. H. Quoad ablationem librorum, & equi,  
vult Reos condemnare, quia probatum: licet  
torqueat scrupulus præsumptionis. Das dictum  
sey/ keine L. Bücher zu verkauffen.

Quo

# De relax. capt. & damno īcarcerati. 41

Quo ad iniurias, siue reales, siue verbales; quia solum realis probata, vult estimare eam, quia duo puncta probata, volo in iis Reos condemnare, & quo ad alia, absoluere.

D.V. Probata ablato librorum, & equi, non potest tamen propterea magistratum condemnare, ob appendicem testium, de fama edicti, non vendendorum librorum L. Quia non peccat magistratus, ut pote vsus iure magistratus; & ideo presumit pro magistratu: Putat patres esse utrumque probationes, ideo vult reos absoluere, cum sint fauorabiliores Rei quam Actores. Concludit absoluendos Reos H. compensatis expensis, iuxta ordinationem Imperii.

D.R. Est quidem præsumptio pro magistratu; sed tamen cessat; quia excessit modum auferendo equum, sufficiunt enim libri ablati: & quia partim sit absolutio, partim condemnatio, compensandæ expensæ.

D.P. Idem.

D.F. Idem. Excessus modus in admendo equum.

Liquidatio fieri debet post sententiam, non ante.

D.I. Vult imprimis deferre iuramentum, Soer schwer möchte/ daß er in der Statt H. keine verbotene Bücher seyl gehabt/ daß als dan weiter geschehen soll/was Recht ist.

D.G. Dico, id esse securius pro nobis,

